Ad argumēta. Ad ꝓmū dicit q̄ ſz illa habitudo ſit forma reſpectu ſubiecti z ꝑdicati: tñ habz modū materie reſpectu cōpoſitiōis actualis ꝓpōnis: iō bñ dicit materia ꝓpoſitiōis. Ad ſecūdū dicit q̄ ſi capiať ens nominaliť ut idē eſt q̄ habēs eſſentiā ſic eſt de eſſentia ſubſtantie: z etiā ceteroz entiū: z hoc modo iſta ſortes eſt ens eſt in materia naturali. ſz ſi capiať ꝓticipialiter ut tantū valet ſicut exiſtens. ſic cōuenit ſubſtantie ɔtingenter z ſiliter ſorti: z ſic illa eſt in materia cōtingenti: z ſic nō eſt idē ꝑdicatū illius ꝓpōnis nec eadē ꝓpoſitio dū eſt in materia naturali z cōtingenti. Ad tertiū dicit q̄ licet hō non ſit de eſſentia aīalis in cōmuni: eſt tñ de eſſentia alicuioz ſuppoſitoz aīalis. ſ. illoz que continenť ſub hoīe: z in iſta aīal eſt homo. aīal ſupponit ꝑ ſuis ſuppoſitis z homo ꝑ natura ſimplici: z ſic verificať locutio ꝑ ſuppoſitis aīalis que ſūt ſub homine: iō ꝑdicatū eſt de eſſentia ſubiecti q̃tū ad ſuppoſita ꝑ quib⁹ verificať de ipſo. z in iſta hō eſt hō: hō in ſubiecto ſupponit ꝑ ſuis ſuppoſitis z in ꝑdicato ꝑ natura ſimplici: iō ꝑdicatū eſt de eſſentia ſubiecti. Ad quartū dicitur q̄ licet eſſe calidū non ſit ꝓpriū ignis quarto mō eſt tñ ꝓpriū eius ſecūdo modo: z hoc ſufficit ad hoc q̄ ſit in materia naturali: qz ꝓpriū ſecundo modo z quarto modo neceſſario cōueniūt z ſemꝑ: iō faciunt ꝓpoſitionē in materia naturali: z de iſta aqua eſt frigida: dicit q̄ ſi eſſe frigidum dicat aptitudinē eſt in materia naturali z eſt ꝓpriuz aque ſecūdo modo: ſz ſi dicat actū eſt in materia ɔtingenti z pōt adeſſe z abeſſe ipſi aque. Ad quintuz dicit q̄ ſz aīalitas ſm rem ſit de eſſentia hois nō tñ ſm modū quo predicat i illa ꝓpōne: qz ibi ꝑdicať in abſtracto ꝑ ſumit cū ꝑciſiōe ſuoz inferioz: ideo ſūb tali modo nō cōuenit ſubiecto. ſed illa eſt in materia remota: ideo.

Contingēs materia eſt illa i qua ꝑdicatum pōt adeſſe vl abeſſe ſubiecto ꝓter eius corꝛuptionē: ut hō eſt albus: hō nō eſt albus. Remota materia eſt in qua ꝑdicatū nullo mō pōt cōuenire ſubiecto: ut hō eſt aſin⁹: lignū eſt lapis: leo ē uacca.

¶ Poſtq̃ auto: determinauit de materia nāli: hic conſequēter determinat de mā ɔtingēti z remota: z ꝓmo de mā ɔtingenti q̃ ſic diffiniť: Materia ɔtingēs eſt illa in q̃ ꝑdicatū pōt adeſſe z abeſſe ſubiecto ut homo currit: in hac diffinitiōe poniť adeſſe ad dīam materie remote in qua ꝑdicatuz nō pōt cōuenire ſubiecto. z poniť abeſſe ad dīam materie nālis in qua ꝑdicatū nō pōt abeſſe ſubiecto.

Primo ſciendū q̄ mā dr ɔtingēs eo q̄ ꝑdicatū cōtingenť cōuenit ſubiecto. illud aūt q̄ cōtingenť cōuenit alicui pōt ſibi adeſſe cū nō bēat repugnantiā: z etiā pōt tali ſubiecto abeſſe: qz nō ɔuenit ſibi neceſſario: iō q̄ ɔtingenť ineſt pōt nō ineſſe: iō bñ diffiniť mā cōtingens in q̄ ꝑdicatū pōt abeſſe z adeſſe ſubiecto: nō eſt tñ intelligendū q̄ poſſit adeſſe z abeſſe ſil' ſm actū: qz hoc ipſi cat ꝺictionē: ſz ſm aptitudinē z ſucceſſiue q̃tū ad actū.

Secūdo ſciendū q̄ cōtingēs a quo venit cōtingenť duplicit accipiť. Uno mō ꝑ oī eo q̄ pōt eſſe z cōuertiť cū poſſibili: z dr tā de neceſſario q̃ de nō neceſſario. Alio mō ſpāliť ꝑ ɔtingenti nō neceſſario q̄ pōt eſſe z nō eſſe: z diuidiť ꝑ ɔtingēs natū ad vtrūlibet z ɔtingēs raro. Cōtingēs natū ē q̄ eſt magis determiatū ad eſſe q̃ ad nō eſſe: ut frig⁹ in hyeme. Et ɔtingēs raro ē q̄ ē magis determinatū ad nō eſſe q̃ ad eſſe ſicut bos nat⁹ cū duob⁹ capitib⁹. Cōtingēs ad vtrūlibet eſt q̄ nō magis determinatū eſt ad eē q̃ ad nō eſſe ſicut virū ludere: z a ɔtingēti hoc mō accepto venit ɔtingenť q̄ denoīat mām ɔtingētē z nō a ɔtingēti i cōi accepto: qz tale ɔtingēs nō ſp pōt eē z nō eē: cū dicať de neceſſario q̄ nō ē ɔtingēs ſz ſp eſt.

Tertio ſciendū q̄ mā remota eſt illa in q̄ ꝑdicatuz nō pōt cōuenire ſubiecto ut hō eſt aſinus: z rō eſt: qz in mā remota ꝑdicatū bz repugnātiā z diſtantiaz cū ſubiecto: z a tali repugnātia vel remotiōe ꝑdicati a ſubiecto dicit materia remota. illud aūt q̄ habet repugnantiā cū aliquo nō pōt ſibi cōuenire ſicut aſinus ꝑ repugnantiam quā habet cū boīe ꝑ irrōnale non pōt ſibi conuenire: ideo bñ dicit materia remota in qua ꝑdicatū nō poteſt cōuenire cū ſubiecto ꝓpter remotionē eius a ſubiecto.

Quarto ſciendū q̄ triplicit pōt fieri remotio ꝑdicati a ſubiecto. Uno mō ꝑ negationē negando ipſū a ſubiecto. Alio mō remouēdo ipſū de ꝓpōne z a ſubiecto ſm vocē: z de iſtis remotiōib⁹ nō eſt hic ad ꝑpoſitū. Alio mō q̄ remoueať ꝑdicatū ſm ſuū ſignificatū a ſubiecto ꝓpter repugnātiā quā bñt ad inuicē z a tali remotione ꝑ repugnantiā ꝑdicati a ſubiecto dr mā remota. Ex quo ꝑz q̄ ꝓpōnes affirmatiue in mā remota ſūt falſe z negatiue vere: ſicut in mā nāli affirmatiue ſūt vere z negatie falſe. In ɔtingēti vo affirmatiue z negatiue pñt eſſe vere z falſe: z ꝑ hoc patent diffinitiones iſtaz materiaz.

Sed contra ꝑdicta arguiť ꝓmo: Iſta eſt i mā ɔtingēti hō eſt quātus: z tñ quātum nō pōt abeſſe ſubiecto: igiť ɔ diffinitionez. maioz ꝑz: qz illa ꝓpoſitio nō ē in mā remota nec in mā nāli cū ꝑdicatum nō ſit de eſſentia ſubiecti vel ꝓpriū eiⁿ: g̃ eſt in mā cōtingēti. Scōo ſic: hec ē in mā ɔtingēti: corꝰ eſt niger: z tñ ꝑdicatū nō pōt abeſſe ſubiecto cū ſit accidēs eiⁿ inſeparabile: g̃ ɔtra diffinitionē. Tertio ſic: in iſta hō viuit ꝑdicatū adeſſe pōt z abeſſe ſubiecto z tñ nō eſt in mā cōtingēti cū vita ſit de eſſe hois z eadē cū aīa eiⁿ: ſilr de iſta hō ē: g̃ illa diffinitio cōuenit alijs a diffinito. Quarto ſic: hec eſt in mā remota ſoz. eſt albedo vel qualitas z tñ ꝑdicatuz pōt ɔuenire ſubiecto: g̃ male diffiniť mā remota. Quinto ſic: iſta eſt in mā remota hō nō eſt aſinⁿ cū affirmatiua z negatiua ſint in eadē mā: z tñ ꝑdicatū pōt cōuenire ſubiecto: qz vere enūciať de ipſo: ergo diffinitio eſt mala.

Ad argumēta. Ad ꝓmū dicit q̄ iſta hō eſt quantus eſt in materia naturali: z licet quantū nō ſit ꝓpriū hoī quarto modo eſt tamen ſibi ꝓpriū ſecūdo modo: z quarto mō ꝓpriū reſpectu corꝛpis de genere ſubſtātie q̄ eſt ſupius ad hominē: ideo illa eſt in mā nāli: ſicut z iſta homo eſt riſibilis. Ad ſecūdum dicit q̄ licz nigrū nō poſſit faciliť abeſſe corꝛuo remanentib⁹ ſuis ꝓncipijs cōplexionalib⁹: tñ pōt ſibi abeſſe per mutationē ſine complexionis: vñ nō dicit accidens inſeparabile: qz nullo modo poſſit ſeparari: ſz quia cū difficultate.

Ad tertiū dicit q̄ si viuit dicat actū viuēdi ꝛ eē actuale viuētis. sic pōt abesse boi ꝛ illa est in mā cōtingenti: ꝛ si dicat aptitudinē sibi cōuenit naturalit ꝛ nō pōt sibi abesse ꝛ illa est in mā naturali. ꝛ similiter ista hō est: q̄ est pōt dicere actū qui cōtingēt aduenit cuilibet rei create: ꝛ sic ē in mā ōtingenti. vel esse possibile ꝛ in suis causis q̄ō semp cōuenit rei: ꝛ sic est in mā naturali. Ad quartū dicit q̄ albedo ſm rem pōt inesse sorti: non tñ ſm denoiationē ut designat in abstracto: q̄ designat cū p̄cisiōe subiecti: ꝛ sic non pōt verificari de subiecto cū secū habeat repugnantiā sub tali modo significādi. Ad quintū dicit q̄ ꝛ illud p̄dictum vere enūciet negatiue de subiecto nō tñ ꝓpter hoc ꝛ cōuenientiā cū eo ꝛ magis repugnantiā: q̄ dici de alio negatiue nō sumit ab esse in: ꝛ potiꝰ a nō esse.

Lex ꝛ nā ꝓtrariaꝝ talis est: q̄ si una ē uera reliq̄ erit falsa ꝛ nō ecōuerso. Pñt eni ambe esse falsе in ꝓtingēti mā: ut oīs hō est albus: ꝛ nullus hō est albꝰ. In naturali autē mā semp si una ē uera reliqua erit falsa ꝛ ecōuerso: ut omis hō est aial nullns hō est aial. Similit i remota mā: ut oīs hō est asinus: nullus hō est asinus Et in mā cōtingenti q̄ñ accidens est inseparabile: ut oīs corꝰuus ē niger: nullus corꝰuus est niger. Ꝛ ille que sūt de accidēte sepabili ambe pñt simul esse falsе: ut oīs hō est albus: nullus hō est albus.

¶ Postq̄ autor determiauit de mā ꝓpōnū cuiꝰ cognitio valet ad cognoscendū leges oppositionū: hic ꝓsequēter ꝓsequit determinādo de illis legibus ꝓpōnū oppositaꝝ: ꝛ q̄ ꝓpones ꝛie p̄cedūt oēs alias oppones ſm ordinē supius positū eo q̄ ꝛie sūt ambe vles ꝛ hñt pfectionē quantitatez aliis ꝓpōnibus oppositis: iō hic autor determinat de lege

Primo contrariaꝝ primi q̄ de aliis.

sciendū q̄ due ꝛie nūq̄ pñt ee simul vere in quacunq̄ mā. Cuiꝰ duplex est rō. Prima est q̄ in ꝛiis vna est vlis affirmatiua denotans p̄dicatū cōuenire subiecto ꝓ oī suppōsito eiꝰ: ꝛ alia est vlis negatiua denotās p̄dicatū remoueri a quolibet suppōsito subiecti: ꝛ q̄ impossibile est idē p̄dicatuz sil cōuenire cuilibet suppōsito subiecti ꝛ a quolibet remoueri: q̄ hoc implicat ꝛtradictionē: iō due ꝛie nō pñt sil esse vere. Secūda rō est: q̄ si due ꝛie q̄ambe sūt vles sint simt vere: ꝛ ad veritatē vlis sequat veritas ꝑticularis ꝑ legē ſubalternaꝝ due ſubcōtrarie q̄ambe sunt ꝑticulares essent sil vere cū ipsis ꝛ ꝓsequēs ꝓpones ꝛtradictorie eēnt sil vere qō ē impossibile: g̃ ꝛie nō pñt sil ee ve.

Secūdo sciendū q̄ due ꝛie bñ pñt esse sil falsе i ōtingenti mā dū tñ accidēs est sepabile Cuiꝰ rō est: q̄ in mā ōtingenti p̄dicatū pōt ꝛuenire subiecto ꝑ aliquibꝰ suppositis ꝛ ꝑ aliquibꝰ nō: sicut albū ꝛuenit boi ꝑ aliquibꝰ suis suppositis: ꝛ ꝑ quibusdā nō: ꝛ ꝑ illa ꝑte qua nō ꝛuenit subiecto vlis affirmatiua falsificat ꝛ ea ꝑte qua cōuenit vlis negatiua reddit falsa: igit in tali mā cōtingēti ambe ꝛie pñt sil esse falsе. ꝛ dr notanꝺ dū accidēs est sepabile: q̄ si esset insepabile affirmatiua semp esset vera ꝛ negatiua falsa: ꝛ sic nō possent sil esse falsе.

Tertio sciendꝑ q̄ due ꝛie in mā naturali ꝛ remota nūq̄ pñt sil esse falsе. Cuiꝰ rō est: q̄ in cōtrarijs in mā nāli semp vlis affirmatiua est vera cū p̄dicatū subiecto conueniat ꝑ quolibet suppōsito: ꝛ vlis negatiua falsa ꝛ ecōuerso est in mā remota vlis affirmatiua est falsa ꝛ negatiua vera: ꝛ sic ibi due cōtrarie nūq̄ pñt simt esse falsе. Ex q̄bus pz q̄ tres sūt ꝑtes in lege ꝛiaꝝ. Prima ē q̄ ꝛie nūq̄ pñt esse sil vere: ꝛ repugnāt in veritate. Secūda est q̄ in mā cōtingenti pñt sil esse falsе ꝛ sic nō repugnant in falsitate. Tertia est q̄ in materia nāli ꝛ remota non pñt simul esse falsе.

Quarto sciendū q̄ repugnātia in veritate ꝛuenit ꝛiis rōne forme sue oppositiōis: q̄ in quacūq̄ mā sint cōuenit ipsis semp: iō ꝑtinet formalit ad legē ipsaꝝ: ꝛ repugnātia in falsitate q̄ñq̄ cōuenit ipsis ut in mā nāli ꝛ remota: ꝛ q̄ñq̄ nō ut in ōtingēti: ꝛ sic repugnātia in falsitate nō cōuenit ipsis rōne forme sue oppositionis: ꝛ rōne materie ꝛ ideo nō ꝑtinet formalit ad legem ipsaꝝ ꝛ solū p̄mū mem

Sed contra hz.ſ. repugnantia in veritate.

p̄dicta p̄mo arguit: ois lex ē cōstitutio quedā p̄cipiens bonū vel ꝓhibēs malū. ꝛ in ꝛiis nō est talis ꝛstitutio: igit nulle sūt leges ꝛiaꝝ. Secūdo sic: iste ois hō currit ꝛ nullꝰ hō currit. pñt sil esse vere: quia ambe sil hñt potentiā ad hoc q̄ sint vere: cū nunc quelibet sit i potētia ad veritatē: igit ꝛie pñt sil esse vere. Tertio sic: iste ꝛiant ois hō est totū in quātitate: ꝛ nullꝰ hō est totū in quātitate: ꝛ tñ sūt sil vere: g̃ cōtrarie pñt sil esse vere.

Quarto sic: in ꝛiis includunt subcontrarie: igit si ꝛie sūt sil falsе sequit q̄ ꝛ subcōtrarie qō ē impossibile: igit ꝛie nō pñt sil esse falsе in ōtingēti mā. Quinto sic: iste ꝛiant in mā nāli vel remota: oē aial est hō: nullū aial est hō ꝛ tñ sūt sil falsе: igit ꝛie in mā nāli vl remota pñt sil esse falsе.

Ad argumēta. Ad p̄mū dr q̄ lex vno mō capit ꝓprie ut ē regula operationū humanaꝝ docēs modū bñ viuēdi sicut est lex nature vel dīna vel humana: ꝛ hoc mō est ꝑcipiens bonū vel ꝓhibēs malū ꝛ sic nō capit in ꝓpōsito. Alio mō capit similitudinarie ut est regula de mō repugnātie ꝓpōnū oppositarū ꝛ solū hoc mō capit hic ꝛ cōuenit ꝛiis. Ad secūdū dr q̄ hec est duplex: ꝛie pñt sil esse vere: q̄ hec determinatio sil pōt referri ad pñt: ꝛ sensus isti est sil hñt potētiā ut sint vere. ꝛ hoc mō est vera. Alio mō pōt referri ad esse vere ꝛ sic est falsa: ꝛ sensus isti est q̄ ꝛie pñt sil esse vere ꝛ sic ponit sil in pñti loco. Ad tertiū dr q̄ si in illis hō distribuat sic sūt ꝛia ꝛ tūc ista est falsa oīs hō est totū in quātitate: ꝛ si hō teneat ibi simplicit ꝑ seipso distributo sic non sūt ꝛie: q̄ ambe sūt singulares ꝛ ita dz teneri hō de vi sermonis rōne illi attributi totū in quātitate. Ad quartuz dr q̄ ad falsitatē vlis nō sequit falsitas ꝑticularis: iō non oportet q̄ si due ſubcōtrarie includant i duab ꝛiis simul falsis q̄ ꝓpter hoc sint falsе. Ad quintū dr q̄ ꝛ ille sint i mā remota vel nāli tñ ibi est ꝓdicatio indirecta: ꝛ hoc qō dictū est pri q̄ ꝛie in illis materijs nō pñt simul esse vere dz intelligi in p̄dicatiōe directa ꝛ ordinata. vñ licet illa ois hō est aial sit in mā nāli: tñ ista oē aial est hō ponit in mā remota: q̄ aial ibi stat nō solū ꝑ hoīb: ꝛ etiā ꝑ aliis animalibus quib hō nō potest cōuenire.

Lex ꝛ nā ſubcōtrariarū talis est: q̄ si una ē falsa reliqua erit uera ꝛ nō ecōuerso. Pñt eni ambe sil esse uere in cōtingenti mā ꝛ hoc q̄ñ accidēs est sepabile: ut quidam hō est albus: quidā hō nō est albus. Eñ lex ſbcōtrariaꝝ ꝓtrario mō se hz ad legē cōtrariaꝝ. Lex ꝛ nā cōtradictoriarū talis est q̄ si una est uera reliq̄ erit falsa ꝛ ecōuerso. i nulla eni mā pñt ambe esse sil uere uel falsе: ut oīs hō est aial: quidā hō nō est aial. ꝛ sic de aliis.

¶ Postq̄ autor determiauit de lege ꝛiaꝝ: hic ꝓsequit

determinat de lege subcõtrariaꝝ in qua sũt plures ptes sic in lege 3riaꝝ. Prima é q; due subcõtrarie in nulla mã pñt sil'esse false. Cui⁹ rõ est: qz si due subcõtrarie pñt sil'esse false: due otradictorie erũt simul false: ut si iste subcõtrarie q; dam hõ currit: quidã hõ nõ currit sint falle cũ ad falsitatez pticularis sequat falsitas vl'is: ut ad falsitatẽ isti⁹ aliqs hõ nõ currit sequat falsitas isti⁹ois hõ currit: g; due contradictorie erũt sil'false: qõ est incõueniẽs: ideo si i subcõtrarijs aliqua sit falsa reliqua erit vera ⁊ nõ econuerso.

Primo sciendũ q; secũda ps legis subcõtrariaꝝ talis est q; due subcõtrarie in mã cõtingenti pñt sil'esse vere: ratio est mã in mã contingenti p̃dicatũ põt inesse subiecto p aliquo suppositο ⁊ p aliquo nõ inesse sed p illo supposito cui cõuenit verificat' pticularis affirmati ua: qz ad veritattẽ ei⁹ sufficit p̃dicatũ eius inesse subiecto p vnico supposito: ⁊ p supposito cui nõ inest verificat' pticularis negatiua: qz ad veritatẽ ei⁹ sufficit p̃dicatũ remoueri ab vnico supposito subiecti: ideo in materia otingenti due subcontrarie possũt simul esse vere: ut iste quidã homo est

Secũdo cecus: quidã homo nõ est cecus.

sciendũ q; in mã nãli ⁊ remota due subcõtrarie nũq; pñt sil'esse vere. rõ est qz in mã nãli p̃dicatuz conuenit ol supposito subiecti: iõ negatiua semp est falsa ⁊ affirmatia semp vera: ſz in remota p̃dicatũ remouet a quolibet supposito subiecti: iõ semp affirmatiua est falsa ⁊ negatiua vera. Ex quo pz q; tres sũt ptes in lege subcõtrariaꝝ Prima est q; nõ pñt sil'esse false. Secũda est q; pñt esse sil' vere in mã contingenti. Tertia est q; in mã nãli ⁊ remota nũq; pñt esse vere nec falle ⁊ sic semp repugnãt in falsitate: ⁊ hoc cõuenit eis rõne forme siue oppositi ois: iõ ptinet formalit' ad legẽ ipsaꝝ. Quiq; repugnãt in veritate ⁊ quiq; nõ: iõ cõuenit ipsis rõne materie nec ptinet formalit' ad legez ipsaꝝ: vñ pz q; lex subcõtrariaꝝ eꝫuio se hz ad legẽ 3riaꝝ.

Tertio sciendũ q; due 3dictorie in nulla mã pñt sil' esse vere: cui⁹ rõ est: qz in 3dictorijs denotatur idẽ inesse ⁊ nõ inesse eidẽ: qz idez affirmat' ⁊ negat' de eodẽ: ſz ipossibile est idẽ inesse ⁊ nõ inesse eidẽ. hoc enĩ est p̃mũ p̃incipiũ omniũ cõplexoꝝ: iõ contradictorie nũq; pñt simul esse vere. ſz si vna est vera alia falsa est.

Quarto sciendũ est q; 3dictorie in nulla mã pñt sil'esse false: rõ est qz si possent sil'esse false cũ vnũ 3dictorioꝝ sit ens ⁊ aliud nõ ens: sequeret q; inẽ ens ⁊ nõ ens esset dare mediũ ſz hoc est impossibile: qz ens cõtinet oĩa entia: ⁊ oẽ aliud ab ente dicit' nõ ens: iõ 3dictorie nõ pñt simul esse false ⁊ sic hñt repugnantiã in veritate ⁊ falsitate sil': ⁊ vtrũq; ptinet formalit' ad legẽ ipsaꝝ ⁊ hoc est qõ dicit' q; 3dictorie magis opponunt' q; contrarie ⁊ subcontrarie: qz contrarie in veritate opponunt': subcontrarie in falsitate solum. subalterne in quantitate solum.

Sed contra p̃dicta p̃mo arguit' sic: Due 3rie pñt sil'esse false: ſz falsitas vl'is p; uenit ex falsitate alicui⁹ pticularis ei⁹: igit' ad falsitatẽ 3riarũ oportet q; subcõtrarie sint sil'false. Secũdo sic: idẽ nõ põt inesse ⁊ nõ inesse eidem nec vere affirmari ⁊ negari de eodẽ: ſz in subcõtrarijs semp idẽ affirmat' ⁊ negat' de eodẽ igit' in mã cõtingenti nõ pñt sil'esse vere. Tertio sic: iste sũt vere sil' quoddã ens est bonũ: quoddã ens nõ est bonũ: ⁊ tñ sũt in mã nãli: qz bonũ est ꝓprietas entis: g; in mã naturali subcõtrarie pñt sil'esse vere qõ é 3 legẽ eaꝝ. Quarto sic: in morte sortis sor. hz sil'esse ⁊ nõ esse: igit' duo cõtradictoria q; sũt sil' vera. añs pz: qz si esse ⁊ nõ esse sibi non sil' cõueniret in eodẽ instanti sibi cõueniret in diuersis instantib⁹ ⁊ ibi esset temp⁹ intermediũ i quo sor. nec haberet esse nec nõ esse ⁊ sic due cõtradictorie essent sil'false ⁊ cum hoc fit ipossibile oportet dare p̃mũ qõ sil' habet esse ⁊ non esse. Quinto sic: vnũ 3dictorioꝝ est falsuz igit' alterũ est falsũ: ⁊ sic pñt sil'esse falsa. oña tenet: qz vel alterũ est falsuz vel nõ alterũ. Si nõ alterũ cũ non alterũ ⁊ neutrũ equipolleant sequeret' q; neutrũ erit falsũ: ſz erũt ambo vera.

Adargumẽta. Ad p̃mũ dicit' q; ad falsitatẽ vl'is nõ sequit' falsitas pticularis ei⁹: ſz tantũmodo vni⁹ suaꝝ singulariũ: ⁊ ſz vitas vni⁹ singularis sufficiat ad veritatẽ pticularis. tñ ad falsitatem singularis non sufficit falsitas pticularis: qz plus requirit' ad veritatẽ singularis q; pticularis. s. p̃dicatũ inesse ⁊ non inesse p vno supposito determinato: qõ nõ requirit' ad pticularẽ. Ad secũdũ dr q; licet idem numero inesse ⁊ nõ inesse nõ possit eidẽ numero: tñ põt inesse ⁊ nõ inesse eidẽ in specie p diuersis suppositis: ⁊ sic p diuersis suppositis ve rificant' subcõtrarie. Ad tertiũ dr q; si capiat' bonũ ut est passio entis ⁊ cõuertit' cũ ente: ille sũt in mã nãli ⁊ negatia est falsa. ſz si capiat' ut dicit bonitatez moris: illo modo est accidens respectu entis: ⁊ ille sũt in materia cõtingenti.

Ad quartũ dicit' q; in morte sor. ipse habet esse ⁊ nõ esse in eodez instanti capto mãlit' ⁊ diuerso tñ formalit': qz ut é finis ꝓteriti habet in eo esse ⁊ ut est p̃nciptiũ futuri habet i eo nõ esse. ⁊ qz nõ est idẽ instans formaliter: ideo esse ⁊ nõ esse nõ dicunt' sil'cõuenire sorti nec etiam oportet sibi esse temp⁹ mediuz. Ad quintũ dicit' q; alterũ vno mõ capit' indiffinite vel pticulariẽ: ut tantũ valet sicut vnũ vel aliqõ ⁊ sic bene sequit' vnũ cõtradictoriũ est falsũ: ergo alterũ ut valet, pbatio cõsequẽtie. Alio mõ relatiue ut est relatiuuz diuersitatis ⁊ sic cõsequẽtia nõ valet nec ꝓbatio ei⁹: quia hoc modo nõ alterũ ⁊ neutrũ nõ equipollent: ideo.

Lex ⁊ nã subalternaꝝ talis ẽ q; si vl'is est uera sua pticularis erit uera ⁊ nõ ecõ uerso. Potest enĩ vl'is esse falsa sua pticu lari existente uera. ⁊ si pticularis est falsa sua vl'is erit falsa ⁊ nõ econuerso.

Postq; autor determinauit de lege otradictoriaꝝ que repugnãt in qualitate ⁊ quãtitate simul. hic consequenter determinat de lege subalternaꝝ que repugnãt in quantitate solũ. subalterne enĩ nõ repugnãt in veritate: qz pñt simul esse vere. nec in falsitate qz pñt sil'esse false. nec i q̃litate: iõ solũ repugnãt in quantitate: iõ inter oẽs ꝓpositiões subalterne minime repugnãt siue opponunt' rõne cui⁹ autor vltimo determinat de ipsis: ⁊ p̃mo dicit q; si vl'is est vera pti-

Ubi primo cularis est vera: ⁊ nõ ecõuerso. est sciendũ q; ad veritatẽ vl'is sequ'tur vitas pticularis sibi subalterne. Cui⁹ sũt due rões. Prima q; si p̃dicatũ vere dicat' de quolibet supposito subiecti sicut dicit vl'is etiã vere dicit' de aliquo supposito subiecti qõ sufficit ad veritatẽ pticular': iõ ad veritatẽ vl'is sequit' veritas sue pticularis. Secũda rõ est: qz si vl'is est vera sua pticulari existente falsa: sequeret' q; cõtradictorie essent sil' vere ⁊ sil'false: qz si ista esset vera: ois hõ currit. ⁊ illa falsa: quidã hõ currit subcontraria isti⁹. s. quidã hõ nõ currit p legẽ subcõtrariaꝝ esset vera. ſz hec aliqs hõ nõ currit contradicit prime. s. ois hõ currit. que ponebat' vera: igit' due cõtradictorie erũt vere sil'. Etiã si illa sit vera: ois hõ currit. p legẽ cõtrariaꝝ sua 3ria erit falsa. s. nullus hõ currit. ſz ista cõtradicit illi pticulari: aliqs hõ currit: iõ si ista ponat' falsa: ⁊ vl'is vera due otradictorie erũt sil'false qõ est ipossibile: iõ relinquit' q; si vl'is est vera sua pticularis erit vera.

Secũo sciendũ q; ad veritatez pticularis nõ seq̃t veritas vl'is. rõ est qz in mã otingenti p̃dicatũ põt cõuenire alicui supposito: ⁊ tñ nõ ouenire oĩbus iõ pticularis põt esse vera: qz ad ipsaz sufficit p̃dicatũ vere dici de subiecto p aliquo: vl'i tñ exñte falsa: iõ q̃uis ad veritatẽ vl'is sequat' veritas pticularis: nõ tñ ecõuerso.

Tertio sciendus q; ad falsitatem pticularis sequit' falsitas sue vl'is. Rõ est: qz si p̃dicatum nõ verificet' de aliquo supposito subiecti: qõ requirit' ad veritatẽ pticularis non verificabit' de quolibet: sicut requirit'

ad veritatez vniuersalis:igit̃ si pticularis est falsa:tua vniuersalis est falsa:licz nō ecōuerso:etiā si pticularis ponerētur falsa:z nō vniuersalis eius:sequeret̃ q; due ꝯtradictorie essent simul vere z fil̃ falsę.qō ꝓbaret̃ eodē modo sicut ꝓbatum est in ꝑma parte legis subalternaꝝ.

Quarto sciendū q; ad falsitatē vniuersalis nō sequit̃ falsitas pticularis. Rō est:quia ad falsitatē vniuersalis sufficit p̄dicatum falso dici de aliquo supposito subiecti: z ad falsitatez pticularis requirit̃ falso dici de oībus. Sz si falso dicat̃ de vno:non oportet q; falso dicat̃ de oībus alijs: iō ad falsitatez vniuersalis nō sequit̃ falsitas particularis:z hoc in mā cōtingenti:qz in materia naturali z remota si vniuersalis sit falsa etiā z pticularis:z ꝓ hoc habent̃ quattuoꝝ ptes que sūt in lege subalternarū.

Ex p̄dictis colligit̃ q; ad veritatē vniuersalis affirmatiue p̄dicatū debet ineſſe subiecto ꝓ quolibet supposito z ad falsitatē sufficit q; remoueat̃ ab aliquo:seu vnico supposito. Sed ad veritatē pticularis vel indefinite sufficit p̄dicatum verificari de subiecto ꝓ vnico supposito eius: z ad falsitatē eius oportet ipsum falso dici de quolibet supposito: z ad veritatē singularis requirit̃ q; verificet̃ de vnico determinato supposito:z ad falsitatē q; remoueat̃ ab eodem.

Sed contra p̄dicta ꝑmo arguit̃: Ad positionē vniuersalis nō sequit̃ positio pticularis:ut ad positionem alialis nō sequit̃ positio boīs: g̃ ad veritatem vniuersalis nō sequit̃ veritas pticularis.

Secūdo sic: Nō sequit̃ oē aial ꝑter sortē currit:g̃ quoddam aial ꝑter sortē currit.igit̃ ad veritatē vl̄is non sequit̃ veritas pticularis. Tertio sic: Ad veritatē hui⁹ quidā bō est aial.sequit̃ veritas hui⁹:oīs bō est aial.z ad istā: aliqs sol lucet.sequit̃ ista:oīs sol lucet.igit̃ ad veritatē pticularis sequit̃ veritas vl̄is. Quarto sic:in oī bona cōsequētia cō sequēs includit̃ in antecedente.sz in falsitate pticularis nō includit̃ falsitas vl̄is:qz in pticulari nō includit̃ vniuersalis sua:ergo ad falsitatē pticularis nō sequit̃ falsitas vl̄is.

Quinto sic:vbicūq; subiectū tenet̃ ꝓ equalib⁹ suppositis. z vbi est idē p̄dicatuz est eadē causa veritatis z falsitatis:sz ī vniuersali z pticulari ei⁹ subiectū tenet̃ ꝓ equalib⁹ suppositis alis nō essent oppositę:igit̃ habēt eandē causā veritatis z falsitatis:g̃ ad falsitatē vl̄is sequit̃ falsitas pticularis.

Ad argumēta. Ad ꝑmū dicit̃ q; ad positionē vl̄is incōplexi qō est superius alicui⁹ inferioris nō sequit̃ positio sui pticularis.sz ad positionē vl̄is cōplexi qō est ꝓpositio vniuersalis: seq̃t positio sui pticularis.z de isto vniuersali solū est hic ad ꝓpositū. Ad secūdū dicit̃ q; ibi male capit̃ pticulare illi⁹ ꝓpositionis vniuersalis: qz exceptio nō pōt addi termino capto pticulariter.sz sic debet capi sua pticularis:aliqd aial aliud a sorte currit:z tūc bene sequit̃ ad suā vniuersalem.

Ad tertiū dr̄ q; licet in illis ꝓpositionib⁹ ad pticularem sequat̃ vniuersalis:hoc tm̄ nō est rōne modi enūciandi.sed tm̄ gr̄a materie:qz nō sequit̃ in oībus. Ut̄ due ꝑme sūt in materia nāli in qua vl̄is z pticularis ei⁹ equipollent quo ad veritatē z in alijs est vnū solū suppositus subiecti quare si pticularis est vera etiā vniuersalis. Ad quartū dr̄ licet ī falsitate pticularis nō includat̃ formaliē falsitas vl̄is tm̄ includit̃ virtualiē: qz in hoc q; p̄dicatū falso dicit̃ ꝓ quolibz supposito subiecti includit̃ q; falso dicit̃ ꝓ aliquo qō sufficit ad falsitatē vl̄is. Ad quintū dicit̃ q; in vl̄i z pticulari subiectū dicit̃ de equalib⁹ suppositis:nō tm̄ eodē mō:qz in vl̄i distribuit̃ z tenet̃ in actu ꝓ oībus suppositis eius: z in pticulari solū tenet̃ ꝓ oīb⁹ in aptitudine:z nō in actu cum nō distribuat̃.z sic patet de lege subalternaꝝ.

Item ꝓpositionū pticipantiū utroqz termino ordine ecōuerso triplex ē cōuersio.s.simplex:ꝓ accidēs z ꝓtrapositiōez

¶ Postq̄ autor determinauit superi⁹ de oppositiōe q̄ est passio ꝓpositionū pticipantiū vtroq; termino eodē ordine Nic cōsequenter determinat de cōuersiōe que ē passio ꝓpositionū pticipantiū vtroq; termino ordine econuerso. z qz cōuersio dicit̃ analogice.i.fm ꝓius z posteri⁹ de suis speciebꝰ:iō autor nō diffinit eā in cōi:sz diuidit z postea diffinit eā in suis speciebꝰ.hic tm̄ videndū est de rōne ei⁹ in cōi.

Primo sciendū q; cōuersio accipit̃ dupliciter. Uno modo generaliter ꝓ quacūq; mutatione rei de vno in aliud sicut est cōuersio de bono in malū: vel conuersio aque in vinū: z sic dicit̃ tam de cōuersiōe terminoꝝ q̄z rerū z ꝓpōnū. Alio mō capit̃ specialiter solū ꝓ mutatione vni⁹ ꝓpōnis in aliaz q̄ est ꝯuersio ꝓpōnū: z sic est ꝓprietas ꝓpōnū q̄ ꝯuertunt̃ z sic ꝯsideraꝝ hic: z nō ꝑmo modo.

Secūdo sciendum q; ꝯuersio ꝓpositionū adhuc accipit̃ tripliciter. Uno mō cōiter ꝓ oī mutatiōe vni⁹ ꝓpositiōis in aliā. z sic cōtinet sub se cōuersionē in terminis: z cōuersionē in oppositā qualitatē q̄ cōuenit ꝓpotionib⁹ de ꝯtingenti ad vtrūlibet:ut dicē do sortem currere est ꝯtingēs:ergo sortē currere nō est cōtingēs. Secūdo mō capit̃ minꝰ cōiter ꝓut est mutatio p̄dicati in subiectū: z ecōuerso sine ibi sit bona cōsequentia siue non. Tertio capit̃ ꝓprie ꝓut est mutatio p̄dicati in subiectuz: z ecōtra cū bona cōsequentia vni⁹ ꝓpositionis ad aliā. vnde qz mutatio situs terminoꝝ cū qua est bona cōsequentia dicit̃ debita.alia aūt vbi nō est bona cōsequentia dicit̃ indebita mutatio.ideo ꝯuersio magis ꝓprie significat mutatio nē situs terminoꝝ ꝓpositiōis cū bona cōsequentia vni⁹ ꝓpositionis ad aliā q̄z significat aliā mutationē z solum hoc

Tertio tertio modo sumit̃ hic conuersio.

sciendū q; ꝯuersio sic diffinit̃: Cōuersio est ꝓpositionū vtroq; termino pticipantiū ordine econuerso vni⁹ ad aliā formalis cōsequētia. In qua diffinitiōe ponitur formalis ꝯsequētia loco generis. ipsa enī est superius ad argumentationē cōuersionē z ad alias simplices consequentias: z est formalis ꝯsequentia que tenet in oībus terminis simili forma arguendi retenta. Deinde ponit̃ ꝓpositionuz q̄ nō sunt vtroq; termino pticipantiū ad differentiā cōsequentie ꝓpositionuz q̄ sunt vtroq; termino pticipantes sicut est in entimemate vel exemplo.ponit̃ ordine econuerso ad differentiā ꝯsequentie ꝓpositionū que sūt vtroq; termino pticipantes eodē ordine:sicut est ꝯsequentia inter subalternas vel inter equipollētes. Ex quibus patet q; in qualibet cōuersione cum sit quedā cōsequentia requirunt̃ due ꝓpositiones: z ꝑma est cōuersa z est antecedēs respectu alteri⁹ secūda vō dicit̃ ꝯuertens z est cōsequēs ad aliam.

Quarto sciendum q; ꝓpōnū cathegoricaꝝ vtroq; termino pticipantiū ordine ecōuerso triplex est cōuersio simplex:ꝓ accidēs z ꝓ trapositionē:cui⁹ diuisionis sufficiētia sic habet̃:qz oīs cōuersio est cōsequētia vni⁹ ꝓpositionis ad aliā cū mutatione situs terminoꝝ. vel ergo in illis ꝓpositionib⁹ termini habēt contrariā positionē: sic q; in vna ponant̃ finite z alia infinite:vel habēt similē positionē sic q; eodē modo tenent̃ in vtroq;: si ꝑmū sic est cōuersio ꝓ contrapositionē.si secundū sic est dupliciter vel vna ꝓpositio sequit̃ imediate z conuertibiliter ad aliā: z sic est cōuersio simplex. vel nō cōuertibiliter sz solum ex consequenti sic est cōuersio ꝓ accidens in qua cōuertens nō sequit̃ imediate ad cōuersaz sz ꝓ alterū. s. rōne vni⁹ ꝓpositionis que sequit̃ ꝑmo ad cōuersam ad quā sequit̃ sua ꝯuertens sicut inferius patebit.

Sed contra p̄dicta ꝑmo arguit̃: Cōuersio dicit̃ mutatio p̄dicati in subiectū: sz p̄dicatū cū habeat rōnē forme nō pōt mutari in subiectū qō habet rōnē materie:g̃ cōuersio nō est possibilis:nec est passio ꝓpositionū. Secūdo sic:cōuersio est mutatio situs terminoꝝ ꝓpositionis: igit̃ debz dici passio terminoꝝ z nō ꝓpositionū. Tertio sic: ꝯuersio nō est aliqua argumētatio cū in ipsa nō sit me-

diū ⁊ tñ in oī argumentatiõe est aliq̃ mediū: igit̃ ouersio nõ est cõsequentia formalis. Quarto sic: bõ ⁊ risibile cõ uertunt̃: ⁊ nõ cõuertunt̃ p aliquã hãc speciẽ cõuersionis igit̃ male ponunt̃ tñ tres species ouersionū. Quinto sic Aristo. sufficienẽ determinãs de ouersionib⁹ nõ posuit ouersionẽ p̃positionẽ: igit̃ hic male ponit̃ inẽ spẽs ouersiõis.

Ad argumẽta. Ad p̃mū dicit̃ q̃ cõuersio ẽ possibilis cũ omẽs ei⁹ cause sint possibiles: ⁊ ꝛ̃ p̃dicatū formaliẽ sub intentione p̃dicati nõ possit mutari in subiectū: tñ ẽ̃tū ad illud q̃ est bñ mutat̃ in subiectuꝫ ⁊ econtra. Ad secundū dicit̃ q̃ cõuersio debita ẽ̃tū ad rõnẽ a qua sumit̃ nomen ouersionis dr̃ mutatio situs terminoꝝ. dicit̃ enĩ ouersio q̃si sit̃ versio subiecti in p̃dicatū ⁊ econtra. ⁊ fm hoc in suo noie nõ est bona consequentia: ꝛ̃ ẽ̃tū ad id cui nomen imponit̃ est cõsequẽtia cũ mutatiõe terminoꝝ: ⁊ talis cõsequẽtia est passio ꝓpõnũ ⁊ nõ terminoꝝ: ⁊ adhuc mutatio terminoꝝ nõ cõuenit terminis fm se ꝛ̃ ut sũt in ꝓpõne: iõ est passio ꝓpõnis sibi cõueniẽs rõne terminoꝝ. Ad tertiũ dicit̃ q̃ ꝛ̃ ouersio non fit aliqua argumẽtatio tñ nõ sequit̃ q̃ nõ sit oña formalis: qꝛ oña est quoddã supius ad argumentationẽ ⁊ simplices ꝯsequẽtias cuiusmodi sũt cõuersio ⁊ equipollentia. Ad quartũ dr̃ q̃ bõ ⁊ risibile inẽ se cõuertunt̃ p cõuertibilitatẽ ⁊ nõ p cõuersionẽ: sic enĩ differũt cõuersio ⁊ cõuertibilitas ⁊ cõuertentia: qꝛ cõuertibilitas est passio terminoꝝ cõuertibiliũ q̃ de se inuicẽ vniuersaliẽ verificant̃. ꝛ̃ cõuertentia est passio relatiuoꝝ q̃ ad inuicẽ referunt̃ ut sũt pr̃ ⁊ filius ⁊ cõuersio ẽ passio ꝓpõnũ. Ad quintũ dr̃ q̃ Aristoteles cõsiderat cõuersionẽ ut est p̃ncipiũ reductiuũ sillogismoꝝ imꝑfectoꝝ ad ꝑfectos: ⁊ qꝛ cõuersio p cõtrapositionẽ ad hũ nõ deseruit: qꝛ in ipsa non manẽt idẽ termini simpliciter q̃ tñ debẽt remanere in reductiõe sillogismoꝝ: iõ illã nõ enumerauit Aristoteles inẽ cõuersiões. ꝛ̃ Petrus hispanus cõsiderauit cõuersionẽ ut est passio ꝓpõnis. ⁊ ouersio p cõtrapositionẽ est quedã passio ei⁹: iõ ipsã cũ aliis enumerauit inde etiã puenit q̃ autor iste determinaut de cõuersiõe in p̃mo tractatu vbi cõsiderat de enũciatõe: ⁊ Aristo. de ouersione in libro p̃ioꝝ determinat: vbi ꝯsiderat de sillogismis

Simplex ouersio est qñ de p̃dicato fit subiectũ: ⁊ de subiecto p̃dicatũ manente eadẽ q̃litate ⁊ quantitate ꝓpõnis. ⁊ hoc mõ ouertit̃ vlis negatiua i se ⁊ ꝑticularis affirmatiua i se: ut null⁹ bõ est lapis: null⁹ lapis est bõ: qdã bõ ẽ aial: qõdã aial ẽ bõ

C Post ꝫ autor p̃misit diuisionẽ ouersiõis. hic ꝯsequenẽ determinat de mẽbris ei⁹. ⁊ qꝛ in cõuersiõe simplici ⁊ p accidens manẽt idẽ termini ⁊ fm rem ⁊ vocẽ. ⁊ in cõuersiõe p cõtrapositionẽ solũ manẽt fm vocẽ: ⁊ variant̃ fm significationẽ: iõ p̃r⁹ determiat de cõuersiõe simplici ⁊ p accidẽs ꝫ de alia: ⁊ qꝛ in ꝯuersiõe simplici est solum mutatio situs terminoꝝ ⁊ nõ mutant̃ quãtitas nec q̃litas ꝓpõnis: ⁊ in cõuersione p accidẽs est mutatio quãtitatis cũ mutatiõe sit⁹ terminoꝝ: iõ p̃r⁹ agit de cõuersiõe simplici ꝫ p accidens.

Primo sciendũ q̃ cõuersio simplex est mutatio p̃dicati in subiectũ: ⁊ ecõtra: manẽte eadem quãtitate ⁊ q̃litate. in qua diffinitiõe ponit̃ mutatio loco generis. deinde ponit̃ p̃dicati in subiectũ ⁊ econtra: ad differentiã cõuersiõis p cõtrapositionẽ vbi nõ mutat̃ simpliciter p̃dicatũ in subiectũ: ꝛ̃ mutant̃ termini finiti in termi nos infinitos: ⁊ sic variant̃ fm significata. Deinde ponitur manẽte eadẽ q̃litate ⁊ quãtitate ad oñam ouersiõis p accidens: vbi est mutatio quãtitatis ꝓpõnis nõ tñ remanet hic eadẽ qualitas vel quãtitas in numero: qꝛ ouertẽs ⁊ cõuersa numero differũt: ꝛ̃ solũ manet eadẽ in specie.

Secũdo sciendũ q̃ ista ouersio dr̃ simplex ꝺ̃ plici de cã. Primo qꝛ ibi est simplex mutatio p̃dicati i subiectũ sine mutatiõe q̃titatis vl̃ termiꝝ finitoꝝ i infinitos termios sicut in ouersiõe p̃ p̃positionẽ q̃ nõ est simplex mutatio ꝛ̃ est mutatio cõplectẽs plures mutatiões. Secũda cã est: qꝛ in hac cõuersiõe ꝓpositio cõuersa p se p̃mo. i. fm se totã cõuertit̃: ⁊ nõ gra ptis: sicut in cõuersione p accidens: vbi vlis nõ fm se totaz cõuertit̃; ꝛ̃ fm suã ꝑticularẽ. ⁊ inde est q̃ in ista ouersiõe vna ꝓpõ simpliciter ouertit̃ in aliã. ⁊ iõ in ouersiõe simplici est oña ouertibilis: qꝛ sicut ouertẽs sequit̃ ad cõuersã: ita ecõuerso qõ tñ nõ fit in ouersiõe p accidẽs vbi ꝛ̃ ꝑticularis ouertens se quat̃ ad vlem: nõ tñ ecõtra: ut licz sequat̃ oĩs hõ est aial: g̃

Tertio quoddã aial est homo: nõ tamen econtra. est sciendũ q̃ fm cõuersionẽ simplicẽ ouertit̃ ꝑticularis affirmatiua. qõ sic ꝓbat̃: qꝛ bñ sequit̃ q̃dam hõ est aial: g̃ qõdã aial est hõ: ⁊ ibi est mutatio p̃dicati in subiectũ ⁊ ecõtra: igit̃ ibi est bona ouersio. añs pz: qꝛ si ista sit vera quidã hõ est aial. oportet q̃ aliq̃d idẽ sit hõ ⁊ aial. tũc signet̃ illud idẽ qõ sit hõ ⁊ aial: ⁊ vocet̃ sortes. ⁊ arguit̃ sic p̃ syllogismũ expositoriũ. i. ex singularib⁹ factũ. sor. ẽ hõ: sor. est aial. g̃ quoddã aial est hõ. ⁊ sic ista quoddã aial est homo sequit̃ ad illã. ſ. quidã homo est aial. ad quã sequũ

Quarto tur p̃misse illius syllogismi expositorij. sciendũ q̃ ista ouersiõe etiã ouertit̃ vlis negatiua. qõ ꝓbat̃ sic: qꝛ bñ sequit̃: null⁹ hõ est lapis: g̃ nullus lapis est hõ: qꝛ oĩs oña est bona in q̃ expositio ꝯsequẽtis seq̃t̃ oppositũ añtis: ꝛ̃ sic est de ista: qꝛ ad istã q̃ est ꝺ̃dictoria ꝯsequẽtis: quidã lapis est hõ. sequit̃ ista: q̃dã hõ ẽ lapis p ouersionẽ simplicẽ ꝑticularis affirmatiue iã ꝓbatã ⁊ illa est oppositũ añtis. g̃ p̃ma ꝯsequẽtia fuit necessaria.

Et p̃ aliã sic argui: si nõ sequit̃ null⁹ hõ est lapis: g̃ nullus lapis est hõ. oppositũ oñtis stabit cũ añte: ꝛ̃ ad ipsũ sequit̃ ꝺ̃dictoriũ añtis: g̃ due ꝺ̃dictorie stabũt̃ sil̃ in veritate qõ est ipossibile: igit̃ oportet p̃mã oñaz fuisse necessariã.

Sed contra p̃dicta p̃mo arguit̃: In oī ouersione est mutatio p̃dicati cũ mutatione subiecti: g̃ in q̃libet ouersiõe sũt plures mutatiões ⁊ p ꝯsequẽs nulla est mutatio simplex siue ouersio. Secũdo sic: hec est ouersio simplex: sortes ẽ hõ: igit̃ quidã hõ est sor. ⁊ tñ ibi nõ remanet eadẽ quãtitas cũ p̃ma sit singularis ⁊ secũda sit ꝑticularis: igit̃ in ouersiõe simplici nõ manet eadẽ quãtitas. Tertio sic: null⁹ hõ est spẽs: igit̃ nulla spẽs est hõ. nõ sequit̃ cũ añs sit verũ ⁊ oñs falsũ: cũ ꝺ̃dictoriũ oñtis sit veruꝫ. ſ. aliq̃ spẽs est hõ: igit̃ vlis negatiua nõ bñ cõuertit̃ simpliciẽ. Quarto sic: nõ sequit̃ null⁹ senex erit puer: g̃ nullus puer erit senex. cũ añs sit verũ ⁊ oñs falsũ: igit̃ ouersio simplex vlis negatiue nõ est bona oña.

Quinto nõ sequit̃: qdã lapis est in muro: g̃ quidã mur⁹ est in lapide: igit̃ ꝑticularis affirmatia nõ ouertit̃ simplr.

Ad argumẽta. Ad p̃mũ dr̃ q̃ ꝛ̃ in ouersione simplici sint due mutationes in numero ẽ̃tuꝫ ad termios ꝓpõnis tñ est vna tñ in spẽ. ſ. mutatio sit⁹ terminoꝝ: ⁊ nõ est cõplectẽs plures mutatiões spẽ sicut ẽ in aliis ouersionib⁹. Ad secũdũ dr̃ q̃ in illa ouersiõe nõ manet eadẽ quãtitas ẽ̃tũ ad modũ enũciandi: tñ manet eadẽ virtualiẽ ẽ̃tũ ad id ꝙ quo verificat̃ ille ꝓpõnes: qꝛ sicut singularis p vnico suppposito verificat̃ ita ⁊ ꝑticularis ⁊ indefinita rõne cui⁹ de singularib⁹ ꝑticularib⁹ ⁊ indefinitis idẽ est iudiciũ ẽ̃tũ ad ouersiões. Ad tertiũ dicit̃ q̃ illa: nullus hõ est spẽs debet sic ouerti: nulla spẽs est aliq̃s hõ ad hoc q̃ hõ in secunda euidenẽ teneat̃ ꝙ suppositis sicut in p̃ma. Ad quartũ dr̃ q̃ ille due. ſ. null⁹ senex erit puer: ⁊ null⁹ puer erit senex pñt capi in sensu cõposito: ⁊ tũc ẽ sensus: null⁹ senex sub forma senis erit puer ⁊ sic ambe sũt vere ⁊ pñt capi in sensu diuiso ⁊ est sensus talis: null⁹ senex ẽ̃tũ ad id q̃ est erit puer: ⁊ sic p̃ma est falsa sicut ⁊ secũda: qꝛ ibi senex supponit ꝙ oĩb⁹ senib⁹ pñtib⁹ ⁊ futuris: rõne verbi de futuro: ⁊ ꝙ oĩb⁹ illis distribuit̃: mõ de aliquo futuro sene q̃ sortan cras nascet̃ verus est dicere

q̄'erit' puer. Ad quintū dr q illa nō cōuertit sic quidaz lapis est in muro:g quidā mur⁹ est in lapide:ſz debet sic cō uerti:g quoddā ens in muro est lapis: qz p̄dicatū p̄me nō est murus:ſz ens in muro.z siliter etiā dicit de istis: q̄daz oculus est in capite:quoddā vinū est in dolio.

Cōuersio p accidēs est qñ de p̄dicato fit subiectuz z de subiecto p̄dicatum manente eadez qualitate ſz mutata quantitate:z sic cōuertit ulis affirmatiua in particularem affirmatiuā:ut ois hō est aial: quoddaz aial est hō. Et ulis negatiua in particularē negatiuam:ut nullus hō est asinus:quidā asinus est homo.

¶ Postq̄ autor determinauit de cōuersiōe simplici i qua solū est mutatio p̄dicati in subiectū z ecōtra.hic ꝺsequent determiat de ꝺuersiōe p accidēs in q̄ sūt due mutatiōes.ſ. p̄dicati in subiectū z quātitatis:ipsā sic diffiniēs: cōuersio est transpositio p̄dicati in subiectū z econtra: manēte eadē qualitate ſz mutata quātitate. Cui⁹ diffinitiōis est eadē explicatio sicut p̄cedētis p̄ter hoc q̄ hic ponit mutata quantitate ad differentiā conuersionis simplicis.

Primo sciendū q̄ hec cōuersio dr p accidēs:qz p ipsā nō cōuertit ꝓpositio fmise totā z p se p̄mo ſz gr̄a ptis.ſ.fm suā particularē ut hec ois hō est aial: g quoddā aial est hō:p̄ma nō ꝺuertit nisi rōne sue particularis .ſ.q̄dā hō est aial.q cōuertit simplicit in aliā z nō cōuertit fm se totā:hoc est fm oēs suas singlares: etiā illa ꝺuertēs sequit ad ipsā fm p̄tez ei⁹ z nō p se p̄mo mō id q̄ cōuenit alicui fm p̄tē sibi cōuenit p accidēs: z p alterū: iō talis conuersio p accidens nominat.

Secūdo sciendū q̄ fm hāc ꝺuersionē debite cōuertit vlis affirmatiua in particularē affirmatiuaz.ꝓbat:qz hic est bona ꝺsequētia cū transpositiōe subiecti z p̄dicati: ois hō est aial:g quoddā aial est hō.g ibi est debita cōuersio cū ꝺuersio sit formalis ꝺña vni⁹ ꝓpōnis ad aliā cū mutatiōe p̄dicati i subiectū z ecōtra.añs ꝓbat: qz ad istā ois hō est aial sequit ista quidā hō est aial.p legē subalternaz z vltra sequit q̄dā hō est aial.ergo quoddā aial est hō p ꝺuersionē simplicē:ergo de p̄mo ad vltimū sequit ois hō ē aial ergo quoddā aial ē hō.p illā regulā ꝺsequentiarū:quicq̄d sequit ad ꝺñs bone ꝺsequentie sequit ad añs. z talis ꝺña vocat de p̄mo ad vltimū: z sic vlis affirmatiua bñ ꝺuertit p accidens:nō tñ p̄t cōuerti simplicit:qz argueret a nō ꝺistributo ad ꝺistributū a p̄te p̄dicati p̄me ꝓpōnis qō nō ꝺistribuit in p̄ma: eo q̄ est p̄dicatū ꝓpōnis affirmatiue z tñ ꝺistribueret in secūda cū esset subiectū ꝓpōnis vlis.

Tertio sciendū q̄ p ꝺuersionē p accidēs debite cōuertit vlis negatiua in particularē negatiuā. pz qz hec est bona ꝺña cū transpositōe terminoz:null⁹ hō ē lapis:igit q̄dā lapis nō est hō:igit vlis negatiua bñ cōuertit p accidēs.añs pz:qz bñ sequit:nullus hō est lapis:ergo null⁹ lapis ē hō p ꝺuersionē simplicē vlis negatiue ad quā sequit ista: q̄dā lapis nō est hō p legē subalternaz.iō sequit ad p̄mā: z ibi est bona ꝺña. Itē si nō sequat nullus hō est lapis:ergo quidā lapis nō est hō. oppositū ꝺñtis stabit cū añte in veritate.ſ.ois lapis est hō.ſz ad ipsā sequit q̄daz hō est lapis p cōuersionē p accidēs vlis affirmatiue. ſz illa est ꝺdictoria añtis. igit due ꝺdictorie stabūt sil in veritate qō est ipossibile.z sil⁹ posset ꝓbari ꝺuersio p accidēs vniuersalis affirmatiue.

Quarto sciendū q̄ ut supponit in hac ꝓbatiōe vltima in oi mala ꝺña oppositū ꝺñtis stabit in vitate cū añte Cui⁹ rō est: qz in oi mala ꝺña añs pōt esse verū ꝺñte exīte falso.z iō oppositū ꝺñtis ipsi⁹ pōt stare in veritate cū añte. vñ ꝺña nō dicit mala nisi qz ꝺñs ei⁹ nō includit in añte.ſz pōt esse falsū añte exīte vero:iō suū oppositū pōt esse verū cū añte talis ꝺsequentie:z econtra in bona ꝺña.vñ ex vero nūq̄ sequit falsū ſz ex falso q̄lib⁹ sequat vex. Ex q̄b⁹ pz q̄ vlis affirmatiua z vlis negatiua bñ ꝺuertunt p accidēs.ſz nulla particularis pōt cōuerti p accidēs:qz si sic ꝺuerteret in vlem.ſz ad particularē nunq̄ sequit formalit sua vlis:iō particularis nunq̄ cōuertit p accidens.

Sed contra p̄dicta p̄mo arguit:q̄litas rei cō sequit quātitatē ei⁹ igit mutata quātitate mutabit q̄litas. ergo in cōuersiōe p accidēs non manet eadē q̄litas mutata quātitate. Scō sic:nō seq̄t: ois hō videt lapidē: igit q̄dā lapis videt hoiem.ergo vlis affirmatiua nō bñ ꝺuertit p accidēs. Tertio sic:nō seq̄t ois hō est mortu⁹:ergo q̄dā mortuus est hō cū añs posit esse verū ꝺñte exīte falso.ergo vlis affirmatiua nō bñ conuertit p accidēs. 4° sic:nō seq̄t null⁹ hō est mulier:g q̄dā mulier nō ē hō igit ꝺ ꝺuersionē vlis negatiue. 5° sic:nō seq̄t nullū aial p̄ter hoiez ē rōnale:g.q̄dā rōnale nō ē aial p̄ter hoiez:igit vlis negatiua nō dr cōuerti p accidens.

Ad argumēta. Ad p̄mū dr q mutata quātitate in numero mutat q̄litas fm numerū:qz qualitas seq̄t quantitatē in esse numerali:ſz mutata quātitate i spē nō mutat q̄litas in spē:qz fm suū esse specificū nō seq̄t quātitatē z de ista ē h ad ꝓpositū

Ad secūdū dr q illa nō bñ ꝺuertit:ſz dr sic ꝺuerti ois hō videt lapidē:ergo quoddā vidēs lapidē ē hō. ē enī regula in ꝺuersionib⁹ q̄ qñ in ꝓpōne ponit verbū adiectiuū p copula p̄ncipali añq̄ ꝺuertat ꝓpō illud resoluendū ē p est: z suū pticipiū z dr illud pticipiū accipi i p̄dicato z reduci ad subiectū ꝺuertētis alit non fieret de p̄dicato p̄me subiectū secūde. Ad tertiū dr q illa nō bñ ꝺuertit:qz i ista ois hō est mortu⁹:hō supponit p p̄ntib⁹ z p̄teritis sil.rōne illi⁹ p̄teriti mortu⁹.z i alia tenet p p̄ntib⁹ tñ:z nō ampliat ſz dr sic ꝺuerti ois hō ē mortu⁹:ergo q̄dā mortuū ē vl fuit hō.vñ habēdū ē p regula q̄ termini ꝺuertētis z cōuerse debēt teneri eque ample z eque stricte.i. p equalib⁹ suppositis:alit ille nō essent pticipātes vtroq̄ termino: iō ista sic ꝺuertit ois hō est generand⁹.ergo q̄dā generandū ē vel erit hō:z dr poni vbū futurū ut hō stet i secūda p futuris sicut i p̄ma

Ad q̄rtū dr q illa dr sic ꝺuerti.null⁹ hō ē mulier: g q̄dā mulier nō ē aliq̄s hō. z ponit aliq̄s hō ut hō stet in secūda p viris tñ sicut in p̄ma. Ad q̄ntū dr q illa male ꝺuertit ſz dr sic cōuerti:nullū aial p̄ter hoiez est rōnale. ergo q̄dā rōnale nō ē aial aliud ab hoie resoluēdo p̄ter p aliud z ab. z sic dr fieri in oib⁹ exceptiuis.de istis tñ z reduplicatiuis z exclusiuis hz videri in puis logicalib⁹:quo mō in specialī cōuertant:z sic pz de cōuersiōe p accidens.

Cōuersio p ꝓtrapositionē est quando de subiecto fit p̄dicatū:z de p̄dicato subiectū manente eadē qualitate z quantitate: ſz terminis finitis in terminos infinitos mutatis. Et hoc mō ꝺuertit ulis affirmatiua in se z particularis negatiua i se: ut ois hō est aial: oē non aial est nō hō:z quidā hō nō est lapis:quidaz nō lapis nō est nō hō.uñ uersus: Feci simplicit cōuertit:eua p acci. Asto p ꝓtra sic fit ꝺuersio tota. Asserit a negat e sunt ulīter ambe. Asserit i negat o sūt particularit ābo. Ecce tibi sim armigeros ac arma bona con.

Et notandū q̄ illud signū quod est in subiecto ꝓpositionis que debet conuerti

quodcũqz sit illud debet poni supra totũ ꝑdicatum ⁊ reducere ipsum ad subiectũ. Preterea eadez est cõuersio ⁊ indefinite ⁊ singularis ⁊ particularis.

¶ Postq̃ determinatũ est de cõuersione simplici ⁊ p accidens vbi termini mutant̃ solũ fm situ. hic cõsequenter de cõuersione p cõtrapositionẽ vbi termini mutant̃ fm situ ⁊ significata simul ipsã sic diffiniẽs: Cõuersio p cõtrapositionẽ est mutatio subiecti in ꝑdicatũ ⁊ ecõuerso manente eadem qualitate ⁊ quantitate: sz mutatis terminis finitis in terminos ifinitos: cui⁹ diffinitiõis filis est explicatio: sicut ꝓcedẽtiũ: nisi qz ibi ponit̃ mutatis terminis finitis i termi nos ifinitos ad dzãm ꝟsiõis simplicis ⁊ p accidẽs.

Primo sciendũ q⁹ termin⁹ finitus ⁊ infinit⁹ cõtra dicũt iõ dicunt̃ habere cõtrariã positionẽ ⁊ nõ similẽ: ⁊ qz in ista cõuersiõe termini finiti mutant̃ in terminos infinitos bñtes cõtrariã positionẽ terminis fini tis: iõ talis cõuersio dicit̃ p cõtrapositionẽ. vñ qz terminus finitus ⁊ infinit⁹ cõtradicũt ut dictũ est: ⁊ quanto vnũ con tradictoziu⁹ est cõmuni⁹ ⁊ de plurib⁹ dicit̃ tanto suũ cõtra dictoziũ est min⁹ cõe ⁊ de pauciozib⁹ ꝟ: iõ quãto termin⁹ finit⁹ est cõmunior ⁊ generaliozꝫ tanto terminus infinit⁹ est specialioz: ut pz p exemplũ aĩal enĩ est cõmuni⁹ q̃ bõ ⁊ ecõ tra: ⁊ nõ bõ est cõmuni⁹ q̃ nõ aĩal: qz dicit̃ de oĩbus alijs ab aĩali: ⁊ cũ hoc de alijs aĩalibus ab hoĩe: ⁊ nõ aĩal solum

Secũdo dicit̃ de alijs ab animali.

sciendũ q⁹ p istã cõuersionẽ debite con uertit̃ vlis affirmatiua. pz qz hic est bona cõsequentia oĩs bõ est aĩal: ergo oẽ nõ aĩal est nõ bõ. igit̃ vlis affirmatiua cõuertit̃ in vlem affirmatiuã p cõtrapositionẽ. añs patet: qz bñ sequit̃ oĩs homo est aĩal: igit̃ oĩs bõ nõ est nõ aĩal: qz aĩal ⁊ nõ aĩal contradicũt: ⁊ vltra: oĩs bõ nõ est nõ aĩal: igit̃ oẽ nõ aĩal nõ est bõ p cõuersionẽ simplicẽ vlis negati ue. ⁊ vltra: oẽ nõ aĩal nõ ẽ homo: ergo oẽ nõ aĩal est nõ bõ. qz bõ ⁊ nõ bõ cõtradicũt: iõ de quocũqz verificat̃ bõ nega tur nõ bõ: g̃ de ꝑmo ad vltimuz sequit̃ oĩs bõ est aĩal: ergo oẽ nõ aĩal est nõ bõ. Aliter etiã posset ꝓbari: qz sicut aĩal ẽ superi⁹ ad hoĩem. ita nõ bõ ad nõ aĩal rõne infinitationis ut dictũ est: ideo sicut animal vniuersaliter verificat̃ de ho

Tertio mine: ita nõ homo de nõ animali.

sciendũ q⁹ particularis negatiua debite con uertit̃ p cõtrapositionẽ pz: qz bñ sequit̃ quidã bõ nõ est la pis: g̃ quidã nõ lapis nõ est nõ bõ. ⁊ sic ibi est debita cõuer sio. añs pz: qz bñ sequit̃: quidã bõ nõ est lapis: g̃ quidã bõ est nõ lapis: qz lapis ⁊ nõ lapis ꝺicũt. ⁊ vltra: quidã bõ ñ est lapis: igit̃ quidã nõ lapis est bõ. p cõuersionẽ simplicẽ particularis affirmatiue. ⁊ vltra: quidaz nõ lapis est bõ: igit̃ quidã nõ lapis nõ est nõ bõ: qz bõ ⁊ nõ bõ ꝺtradicũt: ergo de ꝑmo ad vltimũ bñ sequit̃: quidã bõ nõ est lapis: ergo q̃ dam nõ lapis nõ est nõ bõ. ⁊ sic particularis negatiua bñ cõ uertit̃ p cõtrapositionẽ: nõ tñ cõuertit̃ simpliciter nec p acci dens: qz ibi argueret̃ a nõ distributo ad distributuz ex pte subiecti ꝑme qõ in ꝑma nõ distribuit̃: cũ sit subiectũ ꝓpositionis particularis: ⁊ tñ in secũda distribueret̃: cũ esset ꝓdi

Quarto catum ꝓpositionis negatiue.

sciendũ q⁹ circa ꝟsiões ꝑdictas autoꝛ ponit duo notabilia in textu. Primũ est q⁹ signũ positũ in subiecto ꝓpositiõis q̃ debet cõuerti dz poni supra totũ ꝑdi catũ ei⁹: ⁊ illud aggregatũ dz poni in subiecto cõuertentis: Rõ est: qz signũ nõ est subiectũ nec ps ei⁹: sed est dispositio subiecti in q̃ntũ subiecti: iõ nũq̃ debet poni ad ꝑdicatũ sed semp ad subiectũ: ⁊ hoc est intelligendũ de cõuersione sim plici ⁊ p cõtrapositionẽ vbi manet eadẽ quantitas ⁊ idem signũ: ⁊ nõ de cõuersione p accidens vbi mutat̃ quantitas. Secundũ notabile est q⁹ eadẽ est cõuersio particularis in de finite ⁊ singularis. Rõ est: qz sicut singulare p vnico suppo sito verificat̃: ita ⁊ particularis ⁊ indefinita: ideo de ipsis idẽ est iudiciũ q̃tum ad cõuersiões. vñ ex ꝑdictis pz q⁹ vlis af firmatiua cõuertit̃ p accidens ⁊ p contrapositionẽ simul: ⁊ vlis negatiua simplicit̃ ⁊ p accidẽs. Sz particularis affirma tiua solũ cõuertit̃ simplicit̃: ⁊ particularis negatiua solum p cõtrapositionẽ. ⁊ p hoc babent̃ oẽs cõuersiões. vñ versus: Simplicit̃ feci cõuertit̃ eua p acci. Asto p3 sic fit cõuersio tota. Qui sic intelligunt̃: Feci. i. vlis negatiua designata p e: ⁊ particularis affirmatiua designata p i cõuertunt̃ simplr. Eua. i. vlis negatiua designata p e: ⁊ vlis affirmatiua desi gnata p a cõuertunt̃ per accidens. Asto. i. vlis affirmatiua designata p a: ⁊ particularis negatiua designata p o conuer

Sed contra tunt̃ p contrapositionẽ.

ꝑdicta arguit̃ ꝓmo: termini fini ti ⁊ infiniti nõ sunt idẽ termini: igit̃ in cõuersione p cõtra positionẽ nõ remanent idem termini: igit̃ ibi nõ fit de sub iecto ꝑdicatũ nec econtra. Secũdo sic: sicut se habet ho mo ad aĩal: ita nõ bõ ad non aĩal: qz sicut se habet affirma tio ad affirmationẽ: ita se habet negatio ad negationẽ. sed bõ nõ potest vliter dici de aĩali: ergo nõ bõ nõ potest dici vliter de nõ aĩali: igit̃ hec est mala conuersio: oĩs homo est aĩal: ergo oẽ nõ aĩal est nõ homo. Tertio sic: si particularis negatiua cõuertat̃ p contrapositionẽ argueret̃ a nõ distri buto ad distributũ a parte subiecti cõuerse: qõ distribuit̃ in secũda ⁊ nõ in ꝑma: igit̃ talis conuersio particularis nega tiue nõ valet. Quarto sic: hec est bona conuersio: aliquis homo est sortes: igit̃ sor. est homo: ⁊ tñ signũ subiecti non debet addi ꝑdicato cõuerse: qz termino singulari nõ debet addi signum: igit̃ signũ positus in subiecto nõ semp debet addi ꝑdicato in conuersiõe simplici. Quinto sic: due sin gulares diuerse qualitatis contradicũt: non aũt due particu lares: ergo de particularibus ⁊ singularib⁹ nõ est idẽ iudiciũ

Ad argumẽta. Ad primũ dicit̃ q⁹ in cõuer sione p contrapositionez nõ manent idem termini fm signif catũ ⁊ modũ significandi: manent tamen idem termini fm vocem: qz in termino infi nito includit̃ tota vox termini finiti: ideo fit de predicato subiectuz fm quid: ⁊ ille ꝓpositiones sunt vtroqz termino rticipantes. Ad secundũ negat̃ maioꝛ: qz homo est infe rius ad animal: sed nõ homo est superius ad nõ aĩal: ideo nõ se habent similiter: ⁊ illa auctoꝛitas sicut se habz homo ad aĩal: ita nõ homo ad nõ aĩal ꝛc. intelligit̃ in cõuertibili bus ⁊ nõ inter inferius ⁊ superius. Ad tertiũ dicit̃ q⁹ in hac cõuersione subiectum conuerse nõ manet simpliciter ⁊ fm significatũ eius: ideo nõ est idem qõ distribuit̃ in pre dicato cõuertentis: ⁊ in subiecto cõuerse est nõ distributũ quare nõ arguitur a nõ distributo ad distributum. Ad quartũ dicit̃ q⁹ illud notabile solũz intelligit̃ quando pre dicatũ conuerse est terminus cõmunis cui bene potest ad di signum: nõ autẽ quando est terminus singularis. Ad quintũ dicit̃ q⁹ licet de particularibus ⁊ singularibus nõ sit idem iudiciũ quantũ ad oppositionẽ: est tamen idem iudi ciũ quantũ ad conuersionẽ.

Tertio sciendū q̄ habitus ⁊ dispositio ꝓprie capta inē se cōueniūt ⁊ differūt: vñ cōueniūt in hoc q̄ dicūt eandē formā ſm essentiā ⁊ vtrūq; disponit nālem potentiā sui subiecti ad opationē. ſz differūt in hoc q̄ habitus dicit illā formā ſm esse pfectū ⁊ radicatū in subiecto: ⁊ pfecte disposuit subiectū ad opandū: iō habit⁹ dr̄ esse diuturnior ⁊ ꝑmanentior dispōne: ⁊ dr̄ q̄litas de difficili mobilis eo q̄ tale esse pfectū ⁊ radicatū est in subiecto ⁊ difficile est mobile a subiecto: ſz dispositio dr̄ eandē formā sub esse ipfecto: ⁊ impfecte disponit subiectū ad opandū: ideo diffinit̄ q̄ ē qualitas de facili mobilis a subiecto. Ex quo patet q̄ habit⁹ ⁊ dispositio dicūt vnā ⁊ eandē formā differentē ſm esse pfectū ⁊ impfectū: ⁊ qz pfectū ⁊ impfectū ſm esse nō variant spēm: iō cōuenienter ponunt̄ vna spēs: ⁊ copulant̄ diunctiōe copulatiua: qz pfectū ⁊ impfectū sūt diuersi modi essendi quos dicūt habit⁹ ⁊ dispositio: iō cōuenienter denoiat̄ duob⁹ noibus ⁊ melius ꝯ vno solo nomie sicut antiq̄ qui hanc spēm noiauerūt applicatione.

Quarto sciendū q̄ sub hac spē qualitatis generaliter ponunt̄ q̄litates disponētes subiectū ad opandū mediāte potētia ut sūt oēs habit⁹. vñ ipsor habituū quidā sūt corpales ut sanitas: robur: eligātia: agilitas ⁊ sic de alijs. Alij vo sūt spūales ⁊ istor aliqui sūt morales q̄ disponūt appetitū sensitiuū vel intellectiuū ut sunt iusticia: tēperantia ⁊ fortitudo ⁊ sic de alijs virtutib⁹ moralibus: ⁊ silr de vitijs oppositis. Alij sūt intellectuales q̄ disponūt intellectū ad ꝓmpte ⁊ facilit̄ cognoscendū intelligibilia ut sūt sapientia: scia: intellectus: prudētia ⁊ ars. ⁊ istorū habituū aliqui sūt naturaliter acquisiti ut scia ab hoie acquirit̄ p studium. Alij sūt infusi ut fides spes charitas. Alij aūt concreati ut spēs vel rōnes rerū in mentib⁹ angelor. ⁊ sic pz q̄ sit ꝓma spēs q̄litatis: ⁊ q̄ qualitates sub ipsa ponūt̄.

Sed contra p̄dicta arguit̄ ꝓmo sic: Diuersa noia ipoꝛtāt diuersas formas cū nomē imponat̄ a forma. ſz habit⁹ ⁊ dispositio sūt diuersa nomia: ergo dicūt diuersas formas: ⁊ nō sunt vna species qualitatis. Secūdo sic: quecūq; dicūt eandē spēm: ipoꝛtant eundē modū essendi: cū vni⁹ spēi sit vn⁹ mod⁹ tm̄. ſz habitus ⁊ dispositio nō dicūt eūdē modū essendi ſz diuersos ḡ male ponit̄ vna spēs q̄litatis. Tertio sic: nulluz ens in aīa reponit̄ in p̄dicamēto: ſz solū ens extra aīam. ſz scia est ens in aīa tm̄: ḡ male ponit̄ hic sub ꝓma spē qualitatis.

Quarto sic: risibile est q̄litas de difficili mobilis ⁊ tm̄ nō est habit⁹: ḡ diffinitio habit⁹ conuenit alijs a diffinito.

Quinto sic: nālis inclinatio intellect⁹ ad scīam est dispositio: ⁊ tm̄ nō est de facili mobilis a suo subiecto: ḡ male dr̄ q̄ dispositio est q̄litas de facili mobilis a suo subiecto.

Ad argumēta. Ad ꝓmū dr̄ q̄ diuersa noia nō semp dicūt diuersas: formas: ſz q̄nq; dicūt diuersos modos eiusdez forme. ⁊ sic est in ꝓposito ⁊ ſz capiēdo formā generaliter ꝓ oī illo q̄ habet modū forme ⁊ determinātis aliud oē nomē iponat̄ a forma: nō tm̄ capiēdo formā specialiter solū ꝓ forma reali. Ad secūdū dr̄ q̄ ſz habit⁹ ⁊ dispositio dicāt diuersos mōs essendi accidētales vni⁹ forme: tm̄ bñ dicūt vnū modum essendi essentialē q̄ est disponere potētiā sui subiecti ad opationē.

Ad tertiū dr̄ q̄ ſz scia sit ens in aīa ut in subiecto: nō tm̄ ē ens solū in aīa ut in cognoscēte sic q̄ solū habeat esse in apprehensiue aīe: ⁊ isto mō capit̄ ens in aīa cū distinguit̄ cōtra ens reale. vñ scia qz nō est solū in apprehensiōe quantū ad tale esse pōt dici ens extra aīam: qz bz aliud esse q̄m ī tali apprehensiōe aīe. Ad quartū dr̄ q̄ in diffinitiōe habit⁹ p̄supponit̄ q̄ sit q̄litas acq̄sita disponēs potentiā ad opationē: ⁊ hoc nō cōuenit risibili: iō sibi nō cōuenit illa diffinitio. Ad q̄rtū dr̄ q̄ ſz nālis inclinatio intellect⁹ ad scīaz sit q̄dā dispositio passiua quodāmodo subiectiua. nō tm̄ ē dispositio formalis: de q̄ dispositōe est hic solū ad ꝓpositū

Secūda spēs qualitatis est nālis potētia uel ipotentia aliqd faciendi uel patiēdi: ut sanatiuus dicit̄ eo q̄ habeat nālem potentiā ut nihil a qbuslibet accidentib⁹ egritudinē inferentib⁹ patiat̄. Egrotatiuus uero eo q̄ hz nālem impotentiā aliquid faciendi. durū eni dicit̄ habere naturalē potentiaz resistendi sectioni: ⁊ molle naturalē impotentiā qz cito secat̄. Cursores uero ⁊ pugillatores dicunt̄ similit̄ nō q̄ exerceāt actus suos: ſz qz hñt naturalē potentiā hoc faciendi.

¶ Posteq̄ autor determiauit de ꝓma spē q̄litatis: hic cōsequēter determiat de secūda. ſ. de nāli potentia vel ipotentia q̄ ꝯueniēt ordinat̄ post ꝓmā spēm: qz ſz via generationis nālis potētia p̄cedat habituz ⁊ dispositionē eo q̄ habitus q̄lificat ⁊ pficit nālez potentiā ⁊ ineſt subſtātie mediāte nāli potentia sicut scia q̄lificat intellectuz ⁊ ineſt hoī mediāte intellectu: tm̄ via pfectiōis habit⁹ p̄cedit nālem potentiā: qz habit⁹ est pfectior nāli potētia ⁊ pfectius disponit ⁊ qualificat ſubſtantiā ad opationē. vñ habit⁹ est prior nāli potētia: iō hec spēs bñ sequit̄ ꝓmā: ⁊ etiā p̄cedit duas vltimas: qz ille solū cōueniūt ſubſtātijs corporeis: hec aūt cōuenit tā corpalib⁹ q̄m ſpūalib⁹: iō cōuenienter ordinat̄ secūdo

Primo sciendū q̄ nālis potētia ē ſubſtantie, ꝓprietas q̄ est nāliter potēs ad aliqd faciliter operandum ⁊ resistendū cōtrarijs sicut sanitatiuū est ꝓprietas ſubſtautie qua sanus est nāliter potens ad facilit̄ suas opationes exercendū ⁊ etiā p hoc pōt resistere contrarijs ⁊ nociuis: ⁊ dr̄ talis qualitas nālis eo q̄ ꝯsequit̄ ꝓncipia nālia. ſ. materiā ⁊ formā: ⁊ dicit̄ potētia eo q̄ ē vigor ⁊ valor forme ſupra materiā ad exercendū suas opationes nāles: ſz ecōtra nālis ipotentia est ꝓprietas ſubſtantie: qz ipsa est ipotens ad facilit̄ opandū ⁊ cōtrarijs resistendū: sicut egrotatiuū dicit qualitatē qua hō est ipotens ad opandū ⁊ per ipsā etiā facilit̄ ledit̄ a ꝯrijs: ⁊ dr̄ talis qualitas nālis nō q̄

cauſeť a nā rei: ſz qz ſe tenet circa p̄incipia nālia ipſi⁹ rei: ⁊ dicit impotentia eo q̄ eſt vigoz ⁊ valoz materie ſupza foz

Secūdo mā in ordine ad opationes nāles ei⁹.

ſciendū q̄ nālis potentia in ſubſtantia cauſať ex victoria fozme ſupza materiā ⁊ eſt talis victoria vel dominiū qñ mā eſt totaliť diſpoſita ſm exigentiaz foz me ſic q̄ nō habet diſpōes ꝫrias īpediētes ꝓprias opera tiones ipſi⁹ fozme: ſz fozma pōt faciliť ⁊ libere exercere i ta li materia ſuas opatiōes. Sz ecōtra nālis īpotentia ꝓuenit ex victoria vel dñio materie ſupza fozmā q̄ eſt qñ mā habz diſpoſitiōes ꝫrias diſpōnib⁹ req̄ſitis ad ipſam fozmā p q̄s ipſa fozma īpediť ad faciliť opandū vel reſiſtendū ꝫrijs.

Tertio ſciendū q̄ nālis potētia ⁊ īpotentia cōſideraňť duplicit. vno mō inquantū conueniūt in vno genere ſupiozi ⁊ ipſuz circūloquuūť eo q̄ tale gen⁹ eſt nobis ignotū: ⁊ iſto mō faciūt vnā ſpēm qualitatis nō ſpecialiſſimā ſz ſubalternā. Alio mō ꝺſideraňť ſm ꝓprias eſſentias cōparando ipſas inť ſe ⁊ hoc mō ſūt diuerſe ſpēs ab inuicē diſtincte q: ſpecifice differūt ⁊ ꝓpter hoc cōiungiť ꝺiunctiōe diſiūctiua q̄ diſiūgit ſignificata terminoz ꝓpter hoc etiā ꝺuenienti⁹ noťaňť diuerſis noīb⁹ ad explicandū hāc diuerſitatē q̄s noīarenť vno ſolo noīe ſicut fecerūt antiq̄ qui hāc ſpēm appellauerūt aptitudinē: hic tñ ponunť iſta vno noīa loco ſui generis ꝓxumi qō circūloquūť ⁊ cū hoc p iſta diuerſa noīa explicať diuerſitas iſtaz ſpēz.

Quarto ſciendū q̄ ſub hac ſpē qualitatis genera liť reponunť oēs aptitudies vel inclinatiōes quib⁹ ſubſtātia ꝓducta nāliter inclinať ad aliq̄d operandū vel etiā ad reſiſtendū ꝫrijs ſuis: ⁊ oēs q̄litates q̄bus nāliter īpediť a ſuis opatiomib⁹: ⁊ iō ſub hac ſpē reponūť oēs potentie aīe vegitatiue que ſūt nutritiuū augmentatiuū ⁊ generatiuū: ⁊ potentie aīe ſenſitiue ut ſūt quinq̄ ſenſus exteriozes ⁊ quinq̄ ſenſus īteriozes. ſ. ſenſus cōis imaginatiua: extimatiua: fantaſia: ⁊ memozia: ⁊ potentia motiua ⁊ appetitiua ei⁹: ⁊ etiā potentie aīe intellectiue ut ratio intellectus ⁊ volūtas. Dic etiā reponunť aliq̄ inclinatiōes naturales que noīaňť noībus virtutū vel habituū: eo q̄ inclinat ad ſimiles opationes ſicut ipſi habit⁹ ut aliq̄ dicunť nāliter iuſti ⁊ nāliter liberales qz hūt naturalē inclinatiōnē ad opa iuſticie vel liberalitatis: ⁊ ſic iuſticia ⁊ liberalitas ⁊ ſimiliť de alijs noībus habituū poſſūt poni equiuoce in p̄ma ſpecie qualitatis ⁊ etiā in ſecūda: ⁊ ſic patet que ſit ſecūda ſpecies qualitatis ⁊ q̄ qualitates ſub ipſa ponāť

Contra predicta argnť p̄mo ſic: potētia materie ad fozmā eſt naturalis potētia: tñ nō eſt qualitas: ergo male dicit q̄ naturalis potentia eſt ſpēs qualitatis. Secūdo ſic: nullū ens reſpectiuū ē qualitas cū qualitas ſit ens abſolutū: ſz nālis potentia eſt ens reſpectiuū qz potētia ſemp reſpicit actum g̃ nō eſt ſpēs qualitatis. Tertio ſic: nulla ꝓpatio eſt ſpēs qualitatis: ſz nālis īpotentia dicit ꝓpationē naturalis potentie: g̃ nālis īpotentia nō eſt ſpēs qualitatis. Quarto ſic: oīs īpotentia eſt p̄ter naturā vel ꝺ naturā: g̃ nulla īpotētia eſt nālis: g̃ nālis īpotentia nō eſt vna ſpēs qualitatis.

Quīto ſic: nālis potētia ⁊ nālis īpotētia eſſentialiť diffe rūt: g̃ ſūt diuerſe ſpēs: g̃ male ponunť vna ſpēs q̄litatis.

Ad argumēta. Ad p̄mū iſtoz dicit q̄ licet potentia materie ad fozmā ſit quedā nālis potētia ad eſſe: tñ nō eſt potētia ad operandū que ꝺſequiť totū cōpoſitū ſubſtantiale: ⁊ de tali potentia ad opandū ſolū hic intelligiť. Ad ſecundū dicit q̄ ſz nālis potētia q̄ſtum ad ꝓprietatē noīs potētie dicat reſpectū ad actū: ⁊ rōne ei⁹ dicať relatiuū ſm dici. tñ q̄ſtū ad id qō eſt: eſt ens abſolutū: ⁊ eſt quedā q̄litas diſponēs ſubiectū ad opandū. Ad tertiū dicit q̄ ſz nālis īpotentia q̄ſtū ad rōnē īpoſitionis noīs dicat ꝓpationē nālis potentie. tñ q̄ſtū ad rem ſignificatā ⁊ q̄ſtū ad id qō eſt dicit vnā qualitatē poſitiuā que cōtrariať nāli potentie. Ad quartū dꝯ q̄ licz īpotentia ſit aliquo modo īnālis vel ꝺ naturā eo q̄ īpedit opatiōes ꝓprias ipſi⁹ nature: tñ bñ dicit nālis eo q̄ ſe tenet circa p̄incipia nālia rei ⁊ reſpicit opationes nature ⁊ hoc mō hic nālis īpotentia ſumiť: qz nō dicit nālis eo q̄ cauſeť a nā rei. vel etiā cōfoztat ad naturā rei: ſz ꝓpter cauſam dictā. Ad quintū dꝯ q̄ ſz nālis īpotentia ⁊ potentia ſint inť ſe diuerſe ſpecies ſm q̄ ad ſe inuicez cōparanť: tñ ut circūloquunť ſuum ſuperius bene ponunť vna ſpecies qualitatis: ut ꝓxius dictū eſt.

Tertia ſpēs qualitatis eſt paſſio ⁊ paſſibilis q̄litas ut ille q̄litates q̄ in ſenſibus efficiunt paſſiones: ut in guſtu dulcedo ⁊ amaritudo ⁊ ꝯſi'lia. ⁊ etiā ille qualitates ſunt in hac ſpecie q̄ ab aliquib⁹ paſſionib⁹ generanť facile uel difficile mobilib⁹ ⁊ permanentibus. ſiue eni nigredo ab aliq̄ paſſione naturali generet ſiue ab egritudine ſiue ab eſtu qualitas paſſibilis dicit.

¶ Poſtq̄ autoz determinauit de ſecunda ſpecie q̄litatis: hic cōſequēter determinat de tertia q̄ eſt paſſio ⁊ paſſibilť q̄litas: q̄ ſpēs cōueniēter ponit tertia: qz ſequiť p̄mā ⁊ ſecundā ꝓpter cauſas dictas. Et ponit ímediate poſt ſecūdā ⁊ ante quartā eo q̄ in ſecūda ponūť naturales virtutes aīe in hac aūt ſpecie reponunť ille qualitates q̄ ſūt obiecta potentiaꝝ aīe: ⁊ qz obiecta cognoſcunť p potētias a poſteriori: ⁊ potentia p obiecta a ꝓxi. iō cōueniēť poſt nālē potentiā ⁊ īpotentiā ímediate determinať de paſſiōe ⁊ paſſibili q̄litate anteq̄ ponať quarta ſpēs q̄litatis. ⁊ ſz obiecta q̄ſtū ad actū potētiaꝝ quodāmodo p̄cedant potētias ſicut actuū p̄cedit paſſiuuz. tñ q̄ſtū ad hoc qō eſt denoīare ſubſtantiā qualē nāles potentie q̄ fluūt a nālib⁹ p̄ncipijs ſubſtantie ⁊ denoīant eā intrinſece ꝓxes ſūt ſuis obiectis q̄ denomīant eā extrinſece eo q̄ cauſanť in ſubiecto p aliqō extrinſecū: iō nō opoztuit ponere iſtā ſpēm ante ſecundā.

Primo ſciendū q̄ paſſio ⁊ paſſibilis qualitas inť ſe cōueniūt ⁊ differūt. vñ cōueniūt in hoc q̄ vtrūq̄ dicit eandē qualitatē q̄ inferť a paſſiōe vel īfert paſſionē. Sz differūt p̄mo qz paſſio dicit illā qualitatem ſub eſſe impfecto ⁊ nō p̄manente in ſubiecto ſicut rubedo ex verecūdia ꝓuenēs. ſz paſſibilis qualitas dicit illā qualitatē ſm eſſe pfectū ⁊ foztiter radicatū ⁊ p̄manens in ſubiecto: ſicut eſt rubedo que ꝓuenit a natura. Differūt ſecūdo qz paſſio nō denoīat ſubſtantiaz ſimpliciť qualē: ſz magis denoīat ſubiectū eſſe paſſum. rōne cuius dicit paſſio ſicut rubedo cauſata ex verecūdia nō denominat ſubiectum rubeum ſimpliciter: ſz denoīat ipſuz paſſum eſſe ſz paſſibilis qualitas denoīat ſuū ſubiectū quale ſimpliciť eo q̄ habet in ſubiecto eſſe pfectū ⁊ hec ꝺria ꝓuenit ex p̄cedenti.

Secūdo ſciendū q̄ paſſio ut hic ſumiť eſt qualitas cito tranſiēs inferēs paſſionē vel illata a paſſione: ſicut rubedo inferť ex paſſione verecundie vel palliditas ex paſſione timoꝛis: ⁊ dicit paſſio quia cauſať a paſſione: vel qz cauſat paſſionē in ſuo ſubiecto: ⁊ etiā qz denoīat ſuū ſubiectū fuiſſe paſſum p modū paſſionis ⁊ ꝯ ſimilē modū eſſendi cū paſſiōe. ſ. eſſe cito tranſiēs ⁊ nō radicatuz in ſubiecto: ſz paſſibilis q̄litas eſt qualitas inferēs paſſionē vel illata a paſſiōe p̄manēs in ſuo ſubiecto: ſicut ē albedo ⁊ rubedo nālis ⁊ alie q̄litates q̄ ſenſibus inferūt paſſiones: ⁊ nō dꝯ paſſibilis q̄litas: eo q̄ aliq̄d patiať tanq̄ ſubiectū paſſionis: ſz qz inferť ab aliq̄ paſſione vel qz infert paſſionē ſenſibus: iō cōiungiť paſſioni vel ut cauſa vel ut effectus eius rōne cui⁹ dꝯ paſſibilis q̄litas.

Tertio ſciendū q̄ paſſio ⁊ paſſibilť qualitas ſemp dicunt eandē ſpēm qualitatis cū īportent

eandē qualitatē ſm eſſentiā ſpeciei ſicut eſt eadez eſſentia rubedinis q̄ ꝓmo habet eſſe ipfectū in ſubiecto ⁊ eſt paſſio ⁊ poſtea hz eſſe pfectū ⁊ dicit paſſibilis q̄litas: ⁊ ꝓpter hoc iſta copulant ꝑ diūctionē copulatiuā: ſz qz ipoztāt illā foz mā ſub diuerſis modis eſſendi q̄ modi ꝑ idē nomen ſuffi cient explicari pñt: iō nolant diuerſis noibus ⁊ melius q̄z vno ſolo noie ſicut antiqui nolauerūt hanc ſpeciē nomine caſus eo q̄ qualitas hui⁹ ſpeciei cauſat in ſubiecto ab alio quo extrinſeco ꝑ modum illius q̄ a caſu ꝓducitur.

Quarto ſciendū q̄ ſub hac ſpecie reponūt oēs q̄litates ſenſibiles generatiē: quarū aliq̄ ꝓtinent ad coꝛp⁹: quedā vo ad aiam. Ad coꝛp⁹ ꝓtinēt oēs q̄ ſūt obiecta quinq̄ ſenſuū exterioꝛ ut coloꝛ: ſonus: odoꝛ: ſa poꝛ: calidū: frigidū: humidum: ſiccū: graue: leue: ⁊ alie q̄lita tes tangibiles: qz oēs iſte q̄litates inferūt ſenſib⁹ paſſiōes ⁊ ꝓnētes ad aiam ſūt ira: gaudiū: timoꝛ: ⁊ ſic de aliis que cauſant in appetitu ex aliq̄ paſſione. In hac etiā ſpecie re ponunt alique q̄litates occulte que inferūt paſſiones coꝛ poꝛi: ⁊ oēs influētie celeſtes: ⁊ etiā occulte virtutes herba rū vel aliquoꝝ lapidū ſicut eſt virtus magnetis que attra bit ferrū: vel qualitas veneni q̄ inficit boies. ⁊ ꝑ hoc pz de tertia ſpecie q̄litatis: ⁊ q̄ ſint qualitates ſub eo contente.

Sed contra p̄dicta arguit primo ſic: paſſio ē vnū p̄dicamentū diſtinctū a q̄li tate: g̃ nō eſt vna ſpēs qualitatis. Secūdo ſic: oīs q̄litas de ꝓma ſubſtātia p̄dicat in q̄le: ſz paſſio nō denoiat ſubſtā tiā qualē ut pz⁹ dictū eſt: g̃ paſſio male ponit vna ſpēs q̄ litatis. Tertio ſic: oē paſſibile eſt aptū natū aliq̄d pati: ſz nulla qualitas eſt apta nata aliq̄d pati: cū nulla q̄litas poſ ſit eſſe ſubiectū paſſionis: g̃ nulla qualitas eſt paſſibilis: ⁊ ſic paſſibilis q̄litas nō ponit ſub hac ſpecie qualitatis.

Quarto ſic: quecūq̄ dicūt eandē eſſentiā ſūt in eq̄li gra du pfectiōis: ſz paſſio ⁊ paſſibilis qualitas nō ſūt eq̄lis pfe ctionis: ergo nō dicūt vnā ſpēm qualitatis. Quinto ſic: albedo ⁊ nigredo ſūt qualitates paſſibiles ⁊ tñ nō inferūt paſſionē ſenſib⁹: utputa viſui qz nō tangūt ipſū viſuz: ergo nō agunt in ipſū: nec pñt in eo cauſare paſſionē: g̃ male di cit q̄ paſſibiles qualitates inferūt ſenſibus paſſiones.

Ad argumenta. Ad ꝓmū dr q̄ paſſio ut eſt effect⁹ illatioq̄ actio nis bene eſt p̄dicamentū diſtinctū a qualitate ⁊ ſic non eſt ſpēs qualitatis. ſz tñ paſſio que eſt ſenſibilis qualitas hīs eſſe impfectū ⁊ cito tranſiēs nō eſt p̄dicamentū ſz vna ſpe cies qualitatis. Ad ſecūdū dicit q̄ ſz qualitas ſm eſſen tiam ⁊ eſſe pfectū ſimul que dicit qualitas denoiet ſubſtā tiam qualē nō tñ qualitas que ſolū habet eſſentiā qualita tis ⁊ eſſe impfectū: ſz ſolū denoiat ſm quid eo mō quo ha bet eſſe in ſubſtantia ⁊ ſic eſt de paſſione ut dictum eſt.

Ad tertiū dicit q̄ vno modo aliq̄d dicit paſſibile tanq̄ ſubiectū paſſionis: ⁊ tale eſt aptū natuz aliquid pati. Sed alio modo aliq̄d dicit paſſibile a cauſa vel effectu eius: qz cauſat paſſionez vel cauſat a paſſione: ⁊ paſſibile hoc mō non eſt aptū natū aliquid pati: ⁊ ſolū hoc modo dicit aliq̄ q̄litas paſſibilis. Ad quartū dicit q̄ ſz paſſio ⁊ paſſibil qualitas nō ſunt equalis pfectionis q̄tū ad modū eſſendi: tñ quantū ad eſſentiā ſunt in equali gradu pfectiōis: ideo vnā ſolam ſpēm inportāt: nō ſpecialiſſimā ſz ſubalternā: ⁊ in ſuis inferioꝛibus cōuenīt in eadem ſpecie ſpecialiſſi ma: ⁊ q̄lib⁹ in eodem indiuiduo. ſ. q̄n vna qualitas ꝓmo habet eſſe paſſionis ⁊ ꝑ radicationē in ſubiecto efficit paſ ſibilis qualitas. Ad quintū dicit q̄ ſz albedo ⁊ alij colo res nō agant coꝛpoꝛaliē nec inferant paſſionē coꝛpoꝛalem viſui: tamen ſibi inferūt paſſionē ſpūalez ⁊ pfectiuā: ⁊ agūt in ipſum intentionaliē: ⁊ in hoc differūt ab aliis obiectis ſenſuuz que agunt coꝛpaliter in ſenſum ut qualitates tan gibiles in tactum.

Quarta ſpēs q̄litatis eſt forma ⁊ cir ca hōc aliq̄d ꝓſtans figura: ut diſpoſitio coꝛpoꝛis: ut triangulatio ⁊ quadrangu latio rectitudo ⁊ curuitas.

¶ Poſtq̄z autoꝛ determinauit de tertia ſpecie q̄litatis: h conſequēter determinat de quarta q̄ eſt forma: ⁊ circa hoc aliquid cōſtans figura. ⁊ rō eſt: qz poſt naturalē potentiaz opoꝛtuit ponere tertiā ſpēm qualitatis ſub qua ꝓtinentur obiecta naturaliū potentiaꝝ que eſt paſſio ⁊ paſſibilis q̄li tas: iō opoꝛtuit hanc ſpēm poni vltimā: ⁊ etiam ꝓpter hoc qz qualitates triū ſpeciez p̄cedentiū ſe tenent ex pte forme hec aūt ex pte materie: ⁊ qz qualitas a toto genere inſequi tur ſubſtantiā gra forme: iō alie q̄litates q̄ ſe tenent ex pte forme pfect⁹ hñt rōnē forme q̄litatis q̄z forma ⁊ figura: iō hec ſpecies cōuenienter in loco vltimo oꝛdinatur.

Primo ſciendū q̄ forma ⁊ figura inē ſe conueniūt ⁊ differūt. in hoc enī cōueniūt q̄ dicūt eādē ſpeciē qualitatis. ſ. qualitatē que eſt terminatio quantita tis in ſubiecto. ꝓmo enī terminat quantitatē: ⁊ ꝑ quantita tem ſubiectū ei⁹. Sz differūt in hoc qz talis terminatio quā titatis pōt cōparari ad formam ſubſtantie in qua eſt: ⁊ ad quantitatē quā immediate terminat: ⁊ ſm comparationē ei⁹ ad formā quā terminat oꝛ forma: qz ipſa cauſat circa quā titatē ſm exigentiā illi⁹ forme: ⁊ ꝑ cōparationē ad quanti tatē quā terminat oꝛ figura. Unde act⁹ forme ē otinere illa q̄ ſūt ad intra. ⁊ act⁹ figure eſt depingi ad extra ſm exigentiā terminatiōis quātitatis. Ex quo pz q̄ forma ⁊ figura cum dicant eandē eſſentiā cōuenienter ponunt vna ſpecies q̄li tatis: ⁊ bene cōiungunt ꝑ cōiunctionē copulatiuā: ⁊ quia differūt rōne: iō ad oſtendendū illā diuerſitatē cōuenient duob⁹ noibus nolant melius q̄z nolarent vno noie tñ.

Secūdo ſciendū q̄ forma poteſt capi dupliciē. Uno mō ꝑ quacūq̄ eſſentia dante alicui quod eſſe formale: ⁊ ſic eſt quoddā ſuperi⁹ ad oēs formas eſſentiales ⁊ accidentales: ⁊ hoc mō nō capit hic. Alio mō capit ſpecialiē ꝑ figura terminatiua quātitatis: ⁊ ſic capit in ꝓpoſito. ⁊ talis qualitas terminās quantita ē magis oꝛ forma q̄z quecūq̄ alia ſpēs q̄litatis ꝓpter hoc q̄ i ſpecieb⁹ nature illa figura cōſequit formā eſſentialē ſpēi: ⁊ ē figu ratiua ⁊ notificatiua illi⁹ forme ſubſtātialis. ſicut cognoſci mus formaz boīs vel aſini ꝑ figurā ei⁹ ⁊ diſtinguim⁹ ſpēs coꝛpoꝛ ab inuicē ꝑ talē figurā. Unde quecunq̄ differūt ſpē: differūt etiā figura ⁊ forma. ⁊ q̄n in ſpē conueniūt eodē modo figurant ut homo in omnib⁹ ſuis indiuiduis habet formā erectā ſurſum: ⁊ quodāmodo ſimilē figuraz in capite ma nibus ⁊ pedibus ⁊ alijs membris.

Tertio ſciendū q̄ figura pōt accipi dupliciē. Uno mō ꝑ quantitate figurata vel terminata ⁊ ſic eſt quātitas ⁊ hoc mō capit hic. Alio mō capit formaliē ꝑ formatione vel figuratiōe quātitatis: ut ſūt triangul⁹: quadrangulus: ⁊ ſic figura eſt qualitas circa quantitatē poſita: ⁊ ſic capit hic: ⁊ qz eſt qualitas circa hoc aliquid. i. circa indiuiduuz completū de genere ſubſtantie. ideo talis forma vel figura quantitatem terminans eſt cōſtans circa hoc aliquid.

Quarto ſciendū q̄ ſub hac ſpē generaliē ponunt oēs figure coꝛpales ⁊ ſupficiales quarū aliq̄ ſūt figure nāles q̄ cauſant a nā ⁊ a formis nālib⁹ coꝛ poꝛū in q̄b⁹ ſūt: ut bipedalis in boīe ⁊ q̄drupedalis i equo ⁊ ſic de alijs. Alie vo ſūt artificiales q̄ cauſant ab arte ut ē figura domus cathedre vel ſcamni. vñ oīa artificialia ſub hac ſpecie ponunt. etiā ſub ipſa continent paſſiones linee ut ſunt rectū: curuū: longū ⁊ breue. ⁊ alique paſſiones nume ri q̄ ſibi cōuenīt ꝑ ſimilitudinē ad figuras coꝛpoꝛales ut quadratū. ⁊ bicubituz ⁊ ſic de multis alijs: ⁊ ꝑ hoc patet q̄ ſit quarta ſpēs qualitatis ⁊ que q̄litates ſub ipſa ponunt.

Contra predicta arguit primo ſic: nullum ſupi⁹ ad q̄litatē ē ſpēs

qualitatis. ꝫ forma est quoddā supius ad qualitatē q̄ cōueniūt oibus accidentib⁹: g̃ nō est spēs ei⁹. Secūdo sic: figura est quedā quātitas q̄ termino vel terminis claudit: g̃ nō est spēs q̄litatis. Tertio sic: oīs termin⁹ est eiusdez p̄dicamēti cū suo terminato: sicut oīa terminās genus est eiusdē p̄dicamēti cū ipso. ꝫ figura est termin⁹ quātitatis: g̃ est de p̄dicamēto quātitatis ⁊ nō q̄litatis. Quarto sic: illud qō cōtinet ⁊ includit infra hoc aliq̄d nō est circa hoc aliq̄d: ꝫ figura ōtinet infra hoc aliq̄d cū sit in eo ut in subiecto: ergo nō est cōstans circa hoc aliq̄d. Quinto sic: forma dom⁹ ⁊ figura est de ista spē: ⁊ tñ nō est circa vnū indiuiduū ꝫ constat in quadā multitudine lignoꝝ ⁊ lapidū: g̃ male dr̄ q⁹ hec qualitas est figura cōstans circa hoc aliq̄d.

Ad argumēta. Ad primū dr̄ q⁹ si capiat forma p̄ illo qō dat esse rei ē quoddā superi⁹ ad qualitatē. Sz si capiat p̄ qualitate q̄ dicit terminationē quātitatis ſm exigentiā formę substātialis: nō est supius ad q̄litatē ⁊ hoc mō solū ꝑ accipit. Ad secūdū dr̄ q⁹ ꝫ figura accepta māliter sit quātitas: nō tñ figura formalit accepta ut dictū est. Ad tertiū dr̄ q⁹ ꝫ terminus intrinsec⁹ ⁊ essential sit eiusdē p̄dicamēti cū suo terminato: nō tñ termin⁹ extrinsec⁹: mō forma vel figura ē terminus extrinsec⁹ quātitatis: iō nō ponit in eodē p̄dicamēto cū ipsa. Ad quartū dr̄ q⁹ ꝫ figura contineat infra hoc aliq̄d: tñ hoc nō fit ſm p̄fūditatē ꝫ ſm suā superficiē q̄ aliq⁹ mō intrinsece circūdat ipsū hoc aliq̄d: iō bñ dr̄ cōstās circa ipsū. Ad quintū dr̄ q⁹ ꝫ forma dom⁹ sit multitudo indiuiduoꝝ. ſ. lignoꝝ ⁊ lapidū tñ oīa indiuidua p̄ aggregationem ⁊ ordinē illoꝝ int̄ se se hñt p̄ modū vni⁹ indiuidui suscipientes talē figurā: iō illa figura est circa hoc aliquid.

Qualia uero dicunt que ſm hec denominatiua dicunt uel quodāmodo aliter ab his: ut a grāmatica grāmatic⁹: ⁊ a iustitia iustus denoiatiue dicūt: uel que dicunt ab aliqua q̄litate nō denoiatiue. Et hoc duplicit̄ q⁹ quedā dicunt nō denoiatiue ab aliqua q̄litate eo q⁹ nomen nō est impositus ipsi qualitati ut cursoꝝ aut pugillatoꝝ nō dicunt denoiatiue: q⁹ a qualitate a qua dicit̄ quale nō est nomē impositū ut cursoꝝ aut pugillatoꝝ. Et nota q⁹ cursoꝝ aut pugillatoꝝ dicunt duplicit̄. Uno mō dicit̄ cursoꝝ ab arte currendi: ⁊ pugillatoꝝ ab arte pugnādi: ⁊ sic sūt in p̄ma specie qualitatis: q⁹ ille artes sūt habitus. Alio modo dicit̄ cursoꝝ: nō q⁹ habeat artē currēdi: ꝫ nälez potentiā habet ad artē currendi. ⁊ pugillatoꝝ nō q⁹ hēat artē pugillādi: ꝫ q⁹ habeat nälem potentiā ad actū pugillandi: ⁊ iō hoc mō dicūt qualia ab istis nälib⁹ potētijs: ꝫ nō denominatiue eo q⁹ noia nō sūt ipposita istis potentijs a qbus dicunt qualia: ⁊ sic cursoꝝ ⁊ pugillatoꝝ sūt in secūda spē qualitatis. Alia uero dicunt qualia nō denoiatiue: nō q̄ñ nomen nō est ipositū q̄litati: ꝫ dicit̄ q̄ñ quale nō ꝑticipat illud nomen: ut studiosus a uirtute: ⁊ sic sunt tres modi sumendi quale a qualitate.

¶ Post q̄ autoꝝ determinauit de q̄lite in cōi ⁊ q̄tuz ad suas spēs: hic ꝓsequēter determiat de q̄li q̄ ē denoiatiuū ei⁹. Et rō ordinis ē: q⁹ q̄litas dat formalit esse q̄le: ⁊ est cā ipsi⁹ q̄lis: Jō p̄i⁹ diffinita est a posteriori ꝑ q̄le tā q̄ ꝑ suū effectū. ꝫ q⁹ quale est ꝑticipiū effect⁹ ⁊ formalis ipsi⁹ qualitatis: ⁊ causa naturalit̄ p̄cedit, suū effectū: iō p̄i⁹ determiatus est de qualitate antq̄ determinaret̄ de quali.

Primo sciendū q⁹ q̄litas ⁊ quale in hoc cōueniūt q⁹ dicūt eandē essentiā qualitatis: ⁊ sic cōueniūt in significato: ꝫ differūt in hoc q⁹ q̄litas dicit illam essentiā ſm se ⁊ nō ſm inherentiā ad subiectū. Quale vō ipportat illā essentiā cū inherētia ad subiectū: ⁊ iō differunt quale ⁊ qualitas sicut concretū ⁊ abstractuz sic q⁹ qualitas est abstractū: quale vō eius cōcretū. ⁊ q⁹ dicūt eandē essentiā: ideo ponunt in eodē p̄dicamento. ⁊ sicut qualitas ē vnū genus generalissimū qō p̄dicat̄ de suis inferioꝝ ⁊ acceptis in abstracto: ita etiā ⁊ q̄le est vnū genus gnālissimū nō distinctū a q̄litate qō p̄dicat̄ de suis inferioꝝ in concreto acceptis: ut dicendo albū est quale: nigrū ē quale.

Secūdo sciendū q⁹ cōcretū dupliciter cōsideratur uno mō ſm respectuz quē habet ad suū subiectū: ⁊ ꝫ talē respectū nō ordinat in p̄dicamēto: ⁊ hoc mō nō est gen⁹ nec spēs ꝫ accidēs. Alio mō ꝯsideratur ſm respectū quē habet ad sua supioza: quoꝝ est spēs: ⁊ ad sua inferioza quoꝝ est gen⁹: ⁊ ſm talē respectū est ordinabile ſm sub ⁊ supza: ⁊ ꝑ se reponit in p̄dicamēto. vñ ꝫ respiciat suū subiectū: tñ ille respect⁹ ab eo nō tollit respectū essentialem ad sua supioza ⁊ inferioza: iō nō ipedit ipsuz ꝑ se reponi in p̄dicamēto. ⁊ ꝫ cōnotet suū subiectū eo q⁹ significat formā cū inherentia ad suū subiectū: tñ non significat ipsū de suo p̄ncipali significato: q⁹ ut dr̄ in p̄dicamētis phi albū solaz q̄litatē significat. Et q⁹ vnūq̄q⁹ reponit̄ in p̄dicamēto ſm suā essentiā quā ipportat ⁊ concretū dicit solum essentiā sui abstracti: iō ponit̄ in eodē p̄dicamēto cū suo abstracto.

Tertio sciendū q⁹ quale sic diffinit̄: Qualia dicūt̄ q̄ ſm hec ab aliqua q̄litate denoiatiue dicūtur: vel que dicunt̄ ab aliqua q̄litate nō denoiatiue. In q̄ diffinitiōe loco generis diffiniti subintelligit̄ dicibilia. dicibile enī habet modū generis respectu oīuz p̄dicamentoꝝ. Deinde ponit̄ que ſm hec denoiatiue dicunt̄. ad denotandū qualia que ſm verā denoiationē ab aliq̄ qualitate dicunt̄: sicut a grāmatica grāmaticus: a iustitia iustus q̄ dicunt̄ denominatiue ſm hec. i. ſm istas spēs qualitatis superius positas. Deinde ponit̄ vel ab aliqua q̄litate non denominatiue ad denotandū q̄lia que dicunt̄ a qualitate nō ſm veram denominationē sicut studiosus a virtute.

Quarto sciendū q⁹ plurib⁹ modis nō dicit̄ quale denoiatiue a qualitate. vno mō q̄ñ qualitas hz impfectū esse in suo subiecto: ut q̄ñ hz esse remissū in suo subiecto qō nō sufficit denoiare subiectū sicut est caliditas in aqua tepida: vel q̄ñ est solū in tranſitu ⁊ nō pmanet in subiecto: ut pallor ex timore: vel q̄ñ inest subiecto solum ſm ptem q̄ nō sufficit denoiare totū sicut est albedo in dentib⁹ ethiopis q̄ nō sufficit denoiare ipsū albū. Dis trib⁹ modis q̄ sumunt̄ ex pte rei nō sumit̄ quale a qualitate. Sz alio mō quale sumit̄ a q̄litate non denoiatiue ex pte vocis q̄ñ. ſ. ipsū quale nō hz denoiationē ſm noiationē abstracti sic q⁹ cōueniat cū ipso in p̄ncipio ⁊ differat in fine. qō tñ requirit̄ ad denoiationē ⁊ hoc ōtingit adhuc duplicit̄. Uno mō q̄ñ qualitati a qua sumit̄ quale nō est nomen ipositū: ut cursoꝝ ⁊ pugillatoꝝ q̄ñ dicunt̄ a näli potentia currendi vel pugillādi dicunt̄ nō denoiatiue q⁹ illi näli potētie nō est nomen ipositū: ꝫ ut dicit̄ ab arte currēdi vel pugillādi ut sūt in p̄ma specie qualitatis bñ dicunt̄ denoiatiue. Alio modo q̄ñ q̄litati a qua sumit̄ quale est nomen impositū: ⁊ nomen qualis nō sumit̄ ſm nomē sui abstracti: ut studio-

sus dicit a virtute. Et ꝓpter istos vltimos modos qualis ponitur vltima pars diffinitionis qualiū.

Contra predicta arguit̄ ꝑmo sic: in ꝑdicamento quātitatis nō ponit̄ diffinitio concreti quātitatis vel denoīatiui ei⁹: g̃ silit̄ hic nō debet poni seu diffiniri denomīatiuū qualitatis.

Secūdo sic: oē qō diffinit̄ debet capi p modū vni⁹: ſz q̄le hic nō capit̄ p modum vni⁹ ſz pluriū cū ponat̄ in plurali numero: g̃ male hic diffinit̄ qualia in plurali numero.

Tertio sic: ſile dicit̄ ab aliqua qualitate nō denoīatiue: g̃ ſibi cōuenit hec diffinitio ⁊ tñ nō est quale: ſz ad aliquid g̃ ista diffinitio nō ꝓuenit soli diffinito. Quarto sic: nulla bona diffinitio debet dari p disiūctionē: qz disiūctio nō significat aliq̄d determinate ſz significat vnū p disiunctionē ad aliud. mō diffinitio debet dicere determinate eē diffiniti: ſz ista diffinitio dat̄ p disiunctionē: g̃ nō est bona.

Quinto sic: oē quale sumit̄ ab aliqua q̄litate ⁊ illa q̄litas est natura denominās ⁊ quale ē denoīatiuū eius: ergo nullū quale sumit̄ ab aliqua qualitate nō denominatiue.

Ad argumēta. Ad ꝑmū dicit̄ q ꝛ in quantitate sint duo denoīatīa. ſ. quantū ⁊ quotū: tñ vtrūq; illoꝝ semp dicit̄ eodē modo denoīatiue a quātitate: ſz quale nō semp dicit̄ eodē modo a qualitate ſz q̄q; nō. Ideo ad ostendendū hanc diuersitatem qualiū magis hic oportet determinare de quali: q̄ de cōcreto quātitatis. Ad secundū oī q ꝛ quale nō sumat̄ hic p modū vni⁹ i numero ſz pluriū: tñ sumit̄ p modū vni⁹ i genere ⁊ hoc sufficit ad hoc qō diffiniat̄: tñ hic ponit̄ in plurali numero ad denotandū pluralitatē qualiū quoꝝ aliqua dicunt̄ a qualitate denoīatiue ⁊ aliqua nō. Ad tertiū dicit̄ q ꝛ ſimile dicat̄ effectiue ab aliqua qualitate: nō tñ dicit̄ formalit̄ ab aliqua: ⁊ hoc modo intelligit̄ q quale dicit̄ a qualitate. Ad quartū dicit̄ q ꝛ nulla diffinitio ſm se tota debeat dari p disiūctionē qz nihil determinate notificaret: tñ pōt dari p disiunctionē quantuz ad aliquas ptes ei⁹ ꝓpter diuersitatē aliquā inferioꝝ diffiniti ⁊ sic est in ista in qua ponit̄ determiate illa ps qualia dicunt̄ que dicunt̄ ab aliqua q̄litate denoīatiue. ⁊ ponit̄ disiūctio int̄ istas ptes denoīatiue vel nō denomīatiue ꝓpter diuersos modos qualiū. Ad quintū dicit̄ q ꝛ oē quale sumat̄ a qualitate ſm rem: nō tñ ſm rem ⁊ vocem simul in aliquibus ut dictū est: Ideo aliqua dicunt̄ nō denoīatiue.

Inest contrarietas in qualitate: ut albedo ꝓtrariat̄ nigredini: ⁊ similit̄ iusticia iniusticie. Hoc aūt nō est ꝓpriū qualitati: qz nō ꝓuenit oi qualitati. Figura enī non habet aliqō ꝓtrariū neq; medij colores: ut rubedo blauedo. Et sciendū q si unū ꝓtrarioꝝ fuerit quale: reliquū erit quale ut iusticia est qualitas: ergo ⁊ iniusticia. ⁊ iustū est quale: ergo ⁊ iniustū. Itē qualitas suscipit magis ⁊ minus. dicit̄ enī iustus magis ⁊ min⁹ iustus ⁊ albus ⁊ grāmaticus. Sz hoc nō est ꝓpriū qualitati: qz quadratū non suscipit magis neq; minus: neq; circulus neq; quadrangulatio neq; circulatio. Item ꝓpriū est qualitati ſm eā simile uel dissimile dici: ut albus albo silis dicit̄: ⁊ iustus iusto. albus autē dissimilis nigro dicit̄ ⁊ sic de ꝓsimilibus.

¶ Postq̄ autor determinauit de qualitate ⁊ quali q̄tuz ad suū esse essentiale: hic cōsequenter assignat tres ꝓprietates eius. In quaꝝ ꝑma dicit̄ q in qualitatib⁹ reperit̄ cōtrarietas. Cui⁹rō est: qz oēs forme repugnātes q̄ se mutuo expellūt eb eodē subiecto inter se cōtrariant̄. ſz alique qualitates inter se repugnāt respectu subiecti vnius a quo mutuo se expellūt sicut virtus ⁊ vitū repugnāt ad īnicē respectu eiusdē subiecti. ⁊ iusticia ⁊ iniusticia: ⁊ multe alie de ꝑma specie qualitatis: ⁊ multe qualitates de tertia spē qualitatis: ut calidū ⁊ frigidū humidū ⁊ siccū. ⁊ q̄litates secūde q̄ causant̄ ab istis q̄litatib⁹ ꝑmis: ut graue ⁊ leue albū ⁊ nigrū: ⁊ sic de multis alijs q̄litatib⁹: g̃ ōrietas inest qualitati.

Primo sciendū q contrarietas qualitatū dupliciter sumit̄. Uno mō cōiter p repugnātia quacūq; qualitatū que se expellunt ab eodē subiecto ꝓpter repugnantiā quā habēt ad īnicē: ⁊ sic repit̄ cōtrarietas in qualitatib⁹ ꝑme speciei ⁊ etiā tertie. Alio modo sumit̄ ꝓpriē p repugnantia qualitatū passiuaꝝ ⁊ actiuarū: que per actionē phificā ⁊ ꝓpriam se expellūt ab eodem subiecto: sicut calidū ⁊ frigidū ab eodem corpe ⁊ hoc modo solū reperit̄ contrarietas inter qualitates tertie speciei: ille enī solē ꝓpriē sūt actiue ⁊ passiue. Sz hic ꝑmo modo sumit̄ cōtrarietas: ⁊ nō cōuenit qualitatibus secūde speciei: qz contraria successiue sunt in eodem subiecto qō nō cōuenit naturali potentie vel impotentie: qz si subiectum sit naturaliter potens ad vnaz opationē nō pōt esse naturaliter īpotens ad ipsam. Similiter etiā multe qualitates quarte speciei nō cōtrariant̄: sicut triangulus ⁊ quadrangulus: ⁊ sic de multis alijs. ⁊ p hoc pz q̄ habere cōtrariū nō cōuenit oi qualitati: nec etiā soli cum cōueniat actioni ⁊ passioni. ⁊ sic non est sibi ꝓpriū aliquo modo ꝓpriū: sed est quedam cōmunitas in qua cōueniunt plures species qualitatis.

Secūdo sciendū q si vnū contrarioꝝ fuerit q̄le reliquū erit quale. Cui⁹ ratio est: quia contraria sub eodē genere posita sunt: ſz quale est vnū genus: g̃ si vnū cōtrarioꝝ fuerit quale ⁊ de genere qualitatis reliquū erit quale ⁊ in genere qualitatis: ut si iustū sit q̄le: iniustū erit quale. ⁊ licet contraria ſm suas formas ſpecificas habeant repugnantiā ⁊ nō cōueniāt in vna forma specifica: tamen nō habent repugnantiā ſm formam sui generis. ſz semp illa in genere cōueniūt. rōne cuius semp requirunt idem subiectū qō est ꝓportionatū forme sui generis: Iō si vnū ōrioꝝ fuerit quale reliquū erit quale. ⁊ si vnū fuerit q̄litas reliquū erit q̄litas ⁊ sicut due spēs sub eodē genē

Tertio sciendū q secūda ꝓprietas qualitatis est q qualitas suscipit magis ⁊ minus. ⁊ ratio ē: qz alique qualitates ſm suuz esse ꝓpriū intendunt̄ ⁊ remittunt̄ ⁊ magis ⁊ minus ꝓficiunt̄ ſm suum ꝓpriū esse quod habent in subiecto ut qualitates ꝑme speciei intendunt̄ ⁊ remittunt̄ ſm maiorē ⁊ minorē radicationē in subiecto ut virtus ⁊ sciētia ⁊ multe alie: ⁊ qualitates de tertia specie intendunt̄ ⁊ remittunt̄ ſm ꝓmixtionē contrarij cū contrario ut calidū dicit̄ magis vel minus calidum ſm q magis ⁊ minus miscetur cum frigido ⁊ alique qualitates quarte speciei intendunt̄ ⁊ remittūt̄ licet pauce intendant̄ ⁊ remittant̄ sicut rectū nō potest esse magis aut minus: sed curuū potest suscipere magis ⁊ minus ⁊ sic suscipere magis ⁊ minus nō cōuenit omni qualitati nec etiā soli ut dictum est de ꝑcedenti cōmunitate ⁊ non est hic intelligendum q qualitas ſm suā essentiam ⁊ in abstracto suscipiat magis ⁊ minus ſz ſm esse quod habet in subiecto ⁊ in cōcreto.

Quarto sciendū q tertia ꝓprietas qualitatis est ꝓpriū est qualitati ſm eam ſimile vl dissimile dici. Cuius ratio est: qz similitudo est rerū differentiū eadem qualitas. ſz nō in numero: qz idem accidens in numero nō potest esse in diuersis subiectis: nec sufficit q sit eadem qualitas in genere: qz si sic albū ⁊ nigrū essent

similia: sed requirit q̄ sit eadem qualitas in specie specialissima. Et dissimilitudo est rerū differentiū diuersa qualitas in specie: sicut albū & nigrū dicunt dissimilia: ergo simile & dissimile dicunt fm qualitatē capiendo fm ut dicit circūstantiā cause efficientis & nō formalis: & hoc cōuenit oi qualitati & soli & semp ut patet inductiue. p exempla etiā ꝓbari posset ergo ista ꝓpietas est sibi ꝓpria q̄rto mō.

Sed contra p̄dicta arguit primo sic: omnia contraria sub eodem genere ponunt: ꝫ qualitas nō ponitur sub aliquo genere cum sit genus generalissimū: ergo qualitas nō habet contrarium.

Secūdo sic: medium contrariorū vtriq; contrariat cum possit fieri motus ab illo ad vtrūq; extremorū: ut de rubeo ad album & ad nigrum: ergo male dicit in textu q̄ nullus medius color habet contrarium. Tertio sic: contraria int se maxime ab inuicem distant: ergo nō cōueniunt genere: ergo si vnū contrariorū fuerit quale aliud nō potest esse q̄le

Quarto sic: vna albedo nō est magis albedo q̄ alia nec nigredo est magis qualitas q̄ albedo & sic de omnib⁹ aliis qualitatibus: ergo nulla qualitas suscipit magis & minus

Quinto sic: species est tota similitudo omnū suorū individuorū: ergo individua eiusdem speciei substātie dicunt similia q̄ formas sue speciei: ergo nō cōuenit soli qualitati

Ad argumenta. fm eā sit vel dissile dici Ad primū dicit q̄ licet qualitas accepta in cōmuni & in genere nō ponatur sub aliquo genere neq; illo modo habeat contrariū: tamen ut est in suis speciebus quarū alique inter se cōtrariant bene habet contrariū & ponit sub genere. Ad secundū dicit q̄ si medium contrariorū consideret ut medium sic nō habet contrariū quia nō maxime distat ab extremis: ꝫ si consideret inquantū est ꝑticipatiuū vtriusq; extremorū sic contrariat vtriusq; extremorū licet contrarietate impfecta: ut rubeū inquantū importat aliquid de nigro contrariatur albo & inquantū habet aliquid de albo contrariat nigro ꝫ primo modo intelligit hic q̄ media nō contrariant extremis. Ad tertiū dicit q̄ licet contraria maxime distent sub eodē genere: nō tamen maxime distant simpliciter. Ideo si vnum est quale aliud potest bene esse quale. Ad quartum dicitur q̄ licet albedo & alie qualitates in abstracto nō suscipiūt magis & minus: tamen bene suscipiunt in concreto: ut album dicit magis & minus album. Ad quintum dicit q̄ licet species sit similitudo essentialis suorū individuorū que ꝓprie nō est similitudo ꝫ magis ꝓprie dicit idētitas: tamen nō est similitudo accidentalis que ꝓprie est similitudo: de qua hic intelligitur. Ideo individua substantie nō dicunt q̄ suam speciē similia similitudine accidentali: sed hoc solum cōuenit qualitatibus.

¶ Actio est fm quā in id qō subijcitur agere dicimur ut secans dicit aliqs eo q̄ qd secat. unde sectio est actio & fm sectionē agit secans in eo q̄ secat & ꝑcussio é actio Proprium aūt actioni est ex se inferre passionē. Recipiūt aūt agere & pati ꝓtrarietatē. Calefacere enī est cōtrariū ei qō est frigidū facere: & calidū fieri ꝓtrariū frigidum fieri & delectari ꝓtrarium tristari. Itē recipit magis & minus. Calefacere enī magis & minus qō est agere & calefieri similiter quod est pati dicitur. & similiter delectari & tristari.

¶ Postq̄ autor determinauit de quattuor p̄dicamentis principalib⁹ in quibus reperiunt quattuor simplices modi predicandi. s. de substantia quantitate ad aliq̄d & qualitate: Dic consequenter determinat de alijs predicamentis minus principalibus: quorū modi predicandi fundant in modis p̄dicandi p̄cedentium. & qz actio imediate causatur a qualitate: quia ꝓcedit a substātia mediante naturali potentia: & passio imediate causatur ab actiōe: ideo cōuenienter autor post qualitatem & ante passionem determinat de actione ipsā primo sic diffiuiens: Actio est fm quā in id qō subijcit agere dicimur: ut fm sectionē dicimur secare.

Primo sciendū q̄ in hac diffinitione loco generis diffiniti subintelligitur forma accidentalis & aliquo modo datur intelligi p hoc relatiuum quam: & totum residuū ponitur ad differentiā omniū aliorū predicamentorum. & dicit fm quam agere dicimur: ita q̄ fm dicit circūstantiā cause formalis & nō cause efficientis: quia fm qualitatem vel formam substantialez bene dicimur agere effectiue & debet intelligi dicimur. s. nos substantie: & non solum nos homines in specie dicimur agere & licet actio & agere realiter idem sint sicut qualitas & quale tamen differunt sicut abstractum & concretum: ideo actio diffinit per vltimo ponitur in id quod subijcit ideſt in ipsum patiens actio enī agentis semp fit in patiens dispositum.

Secundo sciendū q̄ actio dupliciter accipitur Uno modo specialiter ut distinguitur contra factionē a qua differt hoc modo: qz actio ipsa tantum actionē que nō transit in rem opatam sicut est equitare nauigare intelligere. sed factio nominat operationem que transit in rem operatam vbi. s. ꝑter operationē est res operata: ut sunt domificatio frenefactio &c. Alio modo accipitur actio generaliter ut se extendit ad actionem & factionez ꝓprie captam. & isto modo sumitur in hac diffinitione.

Tertio sciendum q̄ ꝓprie ꝓprium est actioni ex se inferre passionē. Et ratio est: qz actio est ꝓcessus virtutis agentis per effectum ab agente in patiens: ut calefactio que fit ab agente é ꝓcessus caloris ignis ꝑ suum effectū in id quod calefit. Passio vō est receptio forme ꝓcedentis ab agente in patiens: ut receptio caloris in id quod calefit vocatur passio. Sed talis receptio causat a fluxu forme ab agente: ergo conuenit actioni ex se inferre passionē. & quia hoc cōuenit omni actioni & soli & semp ideo dicit sibi ꝓprie ꝓprium. licet qualitas aliqua inferat passionē hoc tñ nō est ex seipsa imediate sz mediāte actiōe

Quarto sciendum q̄ ipsius actionis & etiam passionis sunt due cōmunitates: quarū prima est q̄ actio & passio recipiunt contrarietatem. ratio est: quia alique actiones immediate causantur a qualitatibus contrarijs: & etiam immediate causant qualitates contrarias: ut calefacere & frigefacere immediate causantur a calore & frigore: & immediate causant caliditatem & frigiditatem: ergo alique actiones inter se contrariantur. Et eadem ratione alique passiones: ut calefieri & frigefieri.

Alia cōmunitas est q̄ actio & passio suscipiūt magis & minus. Ratio est quia alique actiones & passiones causant a qualitatibus: que in agēdo quandoq; intendunt & remittunt: ideo actiones que fiunt ex ipsis & etiam passiones intendunt & remittunt: ut calefacere intendit q̄ intensionem caloris calefactiētis. Et dicunt bene iste due cōmunitates quia nulla illaꝝ cōuenit omni actioni vel passioni: nec etiā soli: cum cōueniat primo aliquib⁹ qualitatibus: ꝫ in istis cōmunitatib⁹ cōueniunt multe spēs actionis & passionis.

Contra predicta arguit primo sic: fm securim dicimur agere id quod secatur: & tamen securis non est actio: ergo ista diffinitio cōuenit alijs a diffinito. Secūdo sic: creatio é actio & tamē nō fit in id quod subijcitur: quia in creatione nihil

ꝓsupponitur tanꝯ subiectum: ꝙ res ſm ſe tota ſimul ꝓducitur:ergo male dicitur ꝙ actio fit in id quod ſubijcitur.

Tertio ſic:omne principium precedit principiatum.ſed actio non precedit paſſionem:quum ſimul fiant actio ⁊ paſſio:ut calefacere ⁊ calefieri:ergo nō conuenit actioni ex ſe inferre paſſionem. Quarto ſic:contraria ſunt forme actiue ⁊ paſſiue inter ſe.ſed due actiones nunꝯ ſunt actiue:qꝛ ſi ſic mediante actione agerent:⁊ ſic actioni conueniret alia actio ⁊ eſſet proceſſus in infinitum:quod eſt inconueniēs: ergo actio non habet contrarium. Quinto ſic:nulla forma ſimplex ſuſcipit magis ⁊ minus quum forma ſit compoſitioni cōtingens ſimplici ⁊ inuariabili eſſentia conſiſtens Illud enim quod eſt inuariabile non intēditur nec remittitur.ſed omnis actio et etiam paſſio eſt forma ſimplex:ergo actio ⁊ paſſio nō ſuſcipiunt magis ⁊ minus.

Ad argumenta. Ad primum dicitur: ꝙ licꝫ ſm ſecurim dicantur agere effectiue ⁊ inſtrumentaliter:non tamen formaliter ſicut de actione intelligitur. Ad ſecundum dicitur: ꝙ licꝫ creatio ſit actio ſm modum:non tamen eſt actio ſm rem: que ſit de predicamēto actionis eo ꝙ ipſa non eſt accidēs a creatura diſtinctū.nec eſt ens limitatum ad aliquod certum genus ſicut neꝯ prima cauſa.⁊ b̄ intelligendo de creatione actiua: quia creatio paſſiua eſt accidens creature: ⁊ in genere relationis. Ad tertium dicitur ꝙ licꝫ actio ſit ſimul tempore cum paſſione: tamen ſm naturam actio precedit paſſionem:quia cauſa ſm naturam precedit effectum. Ad quartum dicitur ꝙ licꝫ contraria que primo et per ſe contrariantur ſint forme actiue ⁊ paſſiue: ut ſunt qualitates contrarie:tamen non oportet de bis que ſolum ex conſequenti contrariantur ⁊ per aliud.⁊ hoc modo ſolum actiones contrariantur.ſ.per qualitates quas inferūt uel a quibus inferuntur. Ad quintum dicitur ꝙ licꝫ omnis forma ſit inuariabilis ſm ſuam eſſentiam ⁊ in abſtracto:⁊ ſic non ſuſcipit magis ⁊ minꝰ.tamen aliqua eſt variabilis ſm eſſe in ſubiecto ut deſignatur in concreto.⁊ b̄ mō actio ⁊ paſſio ſuſcipiunt magis ⁊ minus.

Paſſio eſt effectꝰ illatioꝙ actionis:ut calefieri efficit ⁊ inferꝛtur ex calefacere. Proprium autem paſſionis eſt primo inferri ex actione. Item paſſio non eſt in agente ſed in patiente. De reliquis uero que dicta ſunt modo ſufficiant. Que ſequuntur de alijs quattuor predicamentis non ſunt dicta a Petro hiſpano.

¶ Poſtꝙ autor determinauit de actiōe que eſt cauſa paſſionis: hic conſequenter determinat de paſſione que eſt effectus propinquus actionis:ipſam primo ſic diffiniens: Paſſio eſt effectus illatioꝙ actionis: ut calefieri efficitur ⁊ infertur a calefacere. In qua diffinitione ponitur effectꝰ loco generis.effectus enim conuenit generaliter omnibus entibus creatis que ponuntur in predicamēto. Deinde ponitur illatio ad differentiam effectus permanentis:qui ſolum non habet eſſe in fieri ſicut ipſa paſſio:ſed etiam in facto eſſe. Deinde ponitur actionis ad differentiam ipſius actionis: que licꝫ ſit effectus ⁊ illatio reſpectu qualitatis a qua cauſatur: non tamen reſpectu actionis.

Primo ſciēdum ꝙ in cōmuni duplex eſt effectus quidam eſt effectus permanens qui non ſolum habet eſſe in fieri:ſed etiam in facto eſſe:ut ſunt domus ⁊ ſcamnum. Alius eſt effectus ſucceſſiuus qui ſolum habet eſſe in fieri ⁊ nunꝯ in facto eſſe:ut equitatio uel nauigatio.Effectus autem generaliter dicitur tam de effectu permanente ꝙ ſucceſſiuo. Illatio vero ſolum dicitur de effectu ſucceſſiuo qui ſolum habet eſſe in fieri:⁊ in quadam illatōne ſm ꝙ infertur ab alio.⁊ ideo effectus eſt quoddā ſuperius ad illationem: Ratione cuius in hac diffinitione effectus bene preponitur illationi tanꝯ ſuperiꝰ eius.⁊ ſubiungitur illatio tanꝯ inferius eius contrahens ipſum.

Secundo ſciendum ꝙ paſſio pluribus modis accipitur. Uno modo accipitur pro accidente proprio alicuius ſubiecti:ut riſibile dicitur proprija paſſio hominis:⁊ hinnibile equi. Secundo modo accipitur pro conceptu anime uel effectu ut dicitur ꝙ voces ſunt note uel ſigna paſſionum que ſunt in anima id eſt cōceptuum uł affectuum anime. Tertio modo accipitur pro motu appetitus ſenſitiui:ut ſunt paſſiones ire uel timoris uel gaudij:ut dicitur tertio ethicorum ꝙ fortitudo moderatur paſſiones timoris ⁊ audacie. Quarto modo accipitur pro doloꝛe uel pena que alicui violēter infertur ut fuit paſſio chriſti. Quinto modo ſumitur pro qualitate ſenſibili que habꝫ eſſe imperfectum ⁊ eſt inferens paſſionem ſenſibus uel illata ab aliqua naturali paſſione:⁊ ſic eſt vna ſpecies qualitatis. Sexto modo ſumitur prout eſt immediatus effectus actōnis:ut eſt ſuſceptio forme ab agente in patiens.⁊ hoc vltimo modo diffinit hic paſſio:⁊ eſt vnū predicamentum ab alijs diſtinctum.

Tertio ſciendum ꝙ ipſius paſſionis hic aſſignantur due proprietates: Quarum prima eſt ꝙ proprium eſt paſſioni inferri ex actiōe. Ratio eſt:quia paſſio eſt ſuſceptō forme ab agente in patiens:⁊ talis ſuſceptio imediate infertur per actionem agentis.⁊ hoc eſt proprie proprium ipſi paſſioni. Secunda proprietas eſt ꝙ paſſio non eſt in agente ſubiective ſed in patiente Cuius ratio eſt:quia ſuſceptio forme que fit per actionem agentis cauſatur in patiente quod ſubijcitur actioni :ergo paſſio que nominat talem ſuſceptionem eſt in patiente ſubiective. et quia accidens habet predicari denominatiue de ſubiecto in quo eſt:ideo paſſio predicatur de patiente in hoc quod eſt aliquo modo ſe habere ad ipſum agens:quia denominat ipſum pati ⁊ non denominat ipſum agens pati:quare non eſt in eo ſubiective.

Quarto ſciendum ꝙ paſſio de qua eſt ad propoſitū dupliciter accipitur. Uno modo materialiter pro forma fluēte ab agente in patiens. Alio modo formaliter pro receptione illius forme:ut quum peregrinus calefit ibi eſt calor fluens ab igne in peregrinum:⁊ ibi eſt receptio caloris in peregrino que eſt paſſio formaliter accepta.⁊ vtroꝙ modo paſſio ē in patiente ut in ſubiecto. Et ſimiliter actio vno modo accipiꝫ materialiter pro illa forma que fluit ab agente in patiens:⁊ ēc eſt in patiente ſubiective. Alio modo capitur formaliter pro tali fluxu forme ab agēte ⁊ ſic ē ſubiective in agente ⁊ nō in patiente. Et ratio eſt qꝛ omne illud in quo eſt actio formaliter accepta dicitur agere.ſed patiens non dicitur agere:ergo in ipſo nō eſt actio formaliter accepta.ſi enim eſſet in patiēte patiens diceretur agere:qō falſum eſt.⁊ ſic pꝫ quid ſit paſſio:⁊ de ꝓprietatib⁹ eiꝰ.

Sed cōtra p̄dicta arguiꝫ primo ſic: nullum primū principiū eſt effectus alterius: ſed decem predicamenta ſunt decem principia prima rerū ergo paſſio quum ſit vnū predicamentū eſt vnū primū p̄nciꝑiū:ergo non eſt effectus. Secundo ſic:effectus ⁊ illatio idem ſunt:ergo ſuperflue ponitur vnū illoꝝ in iſta diffinitione. Tertio ſic:eoꝝ que ſunt idem realiter vnū non eſt cā alterius:ſed actio ⁊ paſſio realiter idem ſunt:qū vtruꝙ ſit forma fluens ab agente in patiens:que eſt eadē realiꝫ:ergo paſſio nō eſt effectꝰ actionis. Quarto ſic:oē ꝓpriū cō ſequitur eſſe completum ſui ſubiecti.ſed inferri ex actōne non conſequitur eſſe completū paſſionis:quum ſit ꝓductio eiꝰ:ergo inferri ex actione nō eſt ꝓprium paſſionis. Quinto ſic: in omni illo qō patitur eſt paſſio ſubiective:ſed om

ne agens phificum in agēdo repatitur: ergo in tali agente est passio subiectiue: ⁊ non solum in patiente.

Ad argumenta. Ad primum dicitur: q̄ licz passio sit primū prin cipium in genere cause formalis suorum dicibiliuz sue co ordinationis: ⁊ in tali genere cause non possit esse effectus alicuius principij prioris: tamen in genere cause efficien tis bene potest esse effectus actionis ⁊ substantie. cum eniz predicamenta dicantur prima p̄ncipia rerum q̄ nō habent aliquid ante se: solum intelligitur de p̄ncipijs formalib⁹.

¶ Postq̄ autor determinauit de postpredicamẽto oppositionis qõ simplicit̄ valet ad cognoscendū distinctionem ⁊ diuersitatem dicibiliū incõplexor̄ que ponunt̄ in predicamento: hic cõsequenter determinat de postpredicamento prioris qõ valet ad cognoscendū ordinē illor̄ dicibiliū assignãs quinq; modos eius q̄ in his versib⁹ ꝯtinent̄: Tpe natura prius ordine dic ⁊ honore. Causam causato dicim⁹ esse prius. Et licet posterius sit unū postpredicamentum: tñ qz prius ⁊ posterius opponuntur relatiue: ideo tot modis dicī unū quot modis dicī ⁊ reliquū: ⁊ cognito uno oportet cognoscere aliud: ideo ꝑ distinctionem modor̄ prioris satis habetur distinctio modoruꝫ posteriozis: nec erit specialiter determinandū de ipso posteriori.

Primo sciendū q̄ primus modus ⁊ secūdus prioris sic differūt inter se: qz prius ꝓmo modo qõ est prius tpe dicī illud cui⁹ duratio ꝓcedit durationem alterius: siue illa duratio ꝓcedat ſm tempus ꝓprie dictū siue ſm tempus captum ꝑ eternitate ut aliquis senior altero dicī prior illo ſm tempus ⁊ durationem illius: ⁊ valet ille modus ad cognoscendū ordinem inter uniuersalia que sūt ꝓpetua ⁊ singularia: que sunt corruptibilia ⁊ temporalia. uniuersale. n. qõ est semp est prius duratione quolibet suor̄ individuorū qõ post nõ esse accipit esse. Sed prius secūdo modo qõ est prius natura dicī illud qõ nõ quertit̄ ſm existẽdi consequentiã: vel est illud qõ requirit̄ ad esse alterius ⁊ alter nõ requirit̄ ad esse eius: sicut unū est prius duobus. Et dicī cõsequentia existendi in qua ad esse uni⁹ sequit̄ esse alterius: ut homo est: ergo aīal est. Et dicī cõuerti debite talis cõsequentia qñ sicut ad esse ꝑmi sequit̄ existentia secūdi: ita ad existentiã secūdi sequit̄ existentia ꝑmi: ut hic hõ est: ergo risibile est ⁊ econtra: risibile est: ergo homo est. Et valet ille modus generaliter ad cognoscendū ordinē suprioris ad inferi⁹: qz oē suprius est hoc mõ pri⁹ suis inferiorib⁹.

Secūdo sciendū q̄ tertius modus ⁊ quartus sic inter se differunt: qz prius tertio modo dicī qõ est prius alio ordine cõpositionis vel doctrine sicut illud qõ est simplicius alio sicut ꝑncipia sunt prioza cõclusionibus: ⁊ littere syllabis: ⁊ syllabe dictionib⁹. Et dicī tale prius prius ordine capiẽdo ordinē specialit̄ ꝑ ordine cõpositionis vel doctrine: vbi ꝓcedit a simplicib⁹ ad composita ⁊ nõ capiendo ordinem generaliter ꝑ quocūq; ordine rei vel rationis: ⁊ ꝑ hunc modum cognoscimus ordinē generis ⁊ differentiar̄ ad speciem que ex ipsis componit̄. Sed prius quarto modo qõ est prius honore dicitur illud qõ est ꝑfectius ⁊ honorabilius alio quod dicī prius ſm ꝑfectionem ut homo virtuosus dicī prior homine nõ virtuoso: ⁊ hoc modo omne inferius cum sit ꝑfectius suo superiori: ⁊ sic ille modus valet ad cognoscendum ordinem specierū ad sua superiora.

Tertio sciendū q̄ prius quinto modo qõ est prius causalitate dicī quod cõuertit̄ ſm existendi consequentiam: ⁊ tamen unū est causa alterius: ut homo ⁊ risibile cõuertunt̄ ſm existendi consequentiã ⁊ tamen homo est causa risibilis: ⁊ etiam veritas orationis ⁊ res significata ꝑ eã que est compositio ꝓdicati cum subiecto cõuertunt̄ ſm eē ⁊ tamen res significata ꝑ orationē est causa veritatis orationis. Ab eo eni q̄ res est vel non est oratio dicī vera vel falsa. quod intelligendū est nõ de re subiecti vel ꝓdicati: ſz de re formalit̄ significata ꝑ orationē ut ē inherentia vel cõpositio ꝓdicati cū subiecto. Et valet ille modus ad cognoscendū ordinē orīe ad speciē ⁊ speciei ad sua accidentia ꝑ pria. ⁊ differt ab omnib⁹ modis ꝓcedentib⁹: qz in isto quertit̄ existendi cõsequentia qõ nõ fit in alijs ꝓcedentibus.

Quarto sciendū q̄ illor̄ modor̄ prioris sic habetur sufficientia: qz omne prius vl̄ sumit̄ ſm ordinē discipline ⁊ cognitionis ⁊ sic est tertius modus vel ſm ordinez rei ⁊ hoc dupliciter: vel sumit̄ ex parte rei vl̄ ex parte cõsequentiū ipsum esse ut sūt ꝑfectio ⁊ causalitas. Si primū hoc est dupliciter: vel sumit̄ ex parte esse rei ſm plicit̄ ⁊ absolute: ⁊ sic est secundus modus: vel ſm durationem esse illius: ⁊ sic est primus modus. Si ex parte consequentiū hoc est dupliciter: vel sumit̄ ſm modum ꝑfectionis ⁊ sic est quartus modus: vel causalitatis ⁊ sic est quintus modus. Et sic patet de modis prioris.

Sed contra ꝓdicta arguit̄ ꝓmo sic: in tẽpore nõ est prius nec posterius quia de tempore nõ habemus nisi nũc in quo nõ est prius neq; posterius cum sit indiuisibile: ergo nihil dicī prius tpe.

Secūdo sic: omne superius est secūdo modo prius suo inferiori: ⁊ tamen ínter superius ⁊ inferius cõuertit̄ consequentia subsistendi qz sicut sequit̄ inferius est: ergo superius est: ⁊ ecõtra si superius est: inferi⁹ ē: ergo male diffinit̄ prius natura qõ nõ cõuertit̄ ſm existendi cõsequentiã.

Tertio sic: omne prius est prius ſm ordinez: ergo prius ordine nõ est modus distinctus ab alijs. Quarto sic: species est perfectior ⁊ honorabilior genere: ⁊ tamẽ nõ ē prior illo: cum principiatū nõ ꝓcedat principiū: ergo male dicī q̄ honorabili⁹ ⁊ meli⁹ dicī pri⁹ quarto modo. Quinto sic: eor̄ que sūt sīl unū nõ est prius alio: ſz ea que quertunt̄ ſm esse sīl sūt: ergo unū nõ est prius ut in quinto mõ dicit̄

Ad argumẽta. Ad primū dicitur q̄ licet de tẽpore non sit nisi nũc i actu ⁊ in facto esse: tñ ſm successionē ⁊ ſm potentiã sūt plures ptes tpis: ut ꝓteritū ⁊ futurū que sūt in fieri ex fluxu ipsi⁹ nũc. Ad secundū dicī q̄ ſz inferi⁹ ⁊ superi⁹ si cõsiderent quantū ad intentiones suprioris ⁊ inferioris sic cõuertant̄ ſm existendi cõsequentiaz eo q̄ hoc mõ sūt relatiua: nõ tñ cõuertunt̄ si cõsiderant̄ quantū ad naturas eor̄: ſz superi⁹ ꝓcedit inferius. Ad tertiū dicī q̄ ſz omne pri⁹ ſm ordinem generalit̄ acceptū sit prius: non tñ ordine doctrine vel compositionis: de quo ordine solū est hic ꝓpositum. Ad quartū dr̄ q̄ ſz spēs via generatiõis nõ fit prior genere: tñ ordine pfectiõis illa prior est. Ad quintū dr̄ q̄ ea q̄ cõuertunt̄ ſm existendi cõsequentiã sūt simul tpe: nõ tñ sunt simul natura: qz cū unū ē causa alteri⁹ est prius natura alio cū ois causa natura ꝓcedit suū effectum.

Simul aũt dicit tribus modis. Primo eni modo dicũt simul: quoꝝ generatio est in eodẽ tpe: ⁊ neutrũ illoꝝ non est prius neqꝫ posterius: ex hoc dicit simul tpe: ut duo gemelli nati in eodẽ tpe. Similit subiectũ ⁊ sua ꝓpria passio. Secundo mõ dicunt simul quecũqꝫ ꝙuertunt ⁊ neutrũ est causa alterius ut sit: sicut quelibet relatiua ut dupluꝫ ⁊ dimidiũ: pater ⁊ filius: ⁊ sic de alijs. Tertio modo dicũtur simul quecũqꝫ equaliter condiuidũt genus: ut hõ equus ⁊ leo: ⁊ sic de alijs q̃ eque condiuidũt hoc genus aial. ⁊ etiam differentie diuidẽtes aliquod genꝰ dicũt simul: ut rõnale ⁊ irrõnale ⁊ sic de alijs. Isti autẽ duo ultimi modi dicunt simul nã. Primus aũt modus dicit simul tpe.

¶ Postq̃ autor determinauit de postpredicamento prioris ⁊ posterioris qõ valet ad cognoscendũ ordinẽ superioris ⁊ inferioris inter se: hic cõsequẽter determinat de postpredicamento simul: qõ valet ad cognoscendũ conuenientiã pluriũ inferiox in suo supiori: assignãs tres modos eiꝰ qui in his versibꝰ continent: Tẽpore dico simul quoꝝ generatio nũc est. Suntq̃ simul spẽs genus vnũ cõdiuidẽtes Que cõuertunt dicimus esse simul. Et hoꝝ modoꝝ sic habẽt sufficientia: qz quecũqꝫ sunt simul: sũt simul natura vl tempore. Si simul tẽpore sic est ꝑmus modus. si simul natura: hoc est ouplicit: vel talia sũt simul natura diuisionis ⁊ sic est tertiꝰ modus. vel nã relatiõis ⁊ sic ẽ secũdus modꝰ.

Primo sciendũ q̃ simt ouplicit accipit. Uno mõ ꝑ quacũqꝫ conuenientia duoꝝ in vno tertio ut cõprehendit omnia illa quecũqꝫ sunt aliquo mõ simul. ⁊ hoc mõ cõtinent sub ipso simul in loco: ⁊ simul in spacio ⁊ simul in motu qui hic nõ enumerant. Alio mõ capit specialiter solũ ut se extendit ad modos simul qui valẽt ad cognitionẽ ꝑdicamentoꝝ habendã: ⁊ hoc mõ hic cõsiderat ⁊ nõ ꝑmo modo: ⁊ qz esse sit in motu vel esse in loco nõ requirit ad noticiã ꝑdicamentoꝝ eo q̃ ꝓprie cõueniũt solũ individuis que sũt corruptibilia: ⁊ nõ habẽt esse in ꝑdicamẽto tãq̃ dicibia: sz ut subicibilia tm̃: iõ ꝫ illi mõi nõ enumerãt

Secũdo sciendũ q̃ simul tpe dicũt aliqua quoꝝ generatio est in eodẽ tpe ⁊ etiã tota ouratio ut sũt illa q̃ simul generant ⁊ corrũpunt ut homo ⁊ risibile dicunt simul tẽpore: ⁊ debet intelligi q̃ eoꝝ generatio sit in eodẽ tempore tam ſm esse q̃z ſm essentiã: ita q̃ sit in eodem ĩstanti temporis: ⁊ simil ẽ corruptio eoꝝ: ⁊ non sufficit q̃ generatio eoꝝ sit in eodem tempore ſm essentiã quia cum sit tm̃ vnum tempus ſm essentiã omniũ tpaliuꝫ sequeret q̃ omnia ꝑterita ⁊ futura essent simul tempore.

Tertio sciendũ q̃ simul secũdo modo dicunt illa q̃ cõuertunt ⁊ neutrũ est causa alterius: ut sũt relatiua que simul ponunt in esse ⁊ nõ inesse: ⁊ inter se nõ cõuertunt ſm suppoſita sic q̃ de seinuicẽ verificent: ſz conuertunt ſm existendi consequentiã: quia sicut ad esse vniꝰ sequit esse alteriꝰ ita ecõuerso: ⁊ neutrũ est cã alteriꝰ eo q̃ vnũ nõ ꝑcedit nãliter aliud: nec põt habere esse nisi ponat sũ correlatiuꝫ. Et illa q̃ sic dicunt sũt bñt oppositionẽ ad duos modos ꝓris. ſ. ad secũdũ ⁊ quintũ: ideo hic ponitur que conuertuntur ad differentiam secundi modi prioris ⁊ neutrum est est causa alterius ad differentiaꝫ quinti ⁊ primus modus simul opponit primo modo prioris.

Quarto sciendũ q̃ simul tertio mõ dicunt q̃ eõtrario cõdiuidũt aliqõ genꝰ ut sunt due differentie vel due spẽs eiusdẽ generis: ⁊ ille spẽs vel differentie pñt dupliciter cõsiderari. Uno mõ cõparando illa inter se: ⁊ sic vna semp est prioz alia via ꝑfectionis: cuꝫ vna semp sit ꝑfectioz altera. Alio mõ cõsiderant inquantũ conueniũt in suo genere in quo essentialit continent ⁊ sũt eq̃lis ꝑfectionis: ⁊ sic sũt sil ꝑfectiõe: nec vna est ꝑfectioz alia vel prioz vel posterioz: iõ iste modus sil põt dici ꝑfectiõe ⁊ opponit q̃rto mõ prioris quo aliq̃d dr̃ prioꝰ honoze vel ꝑfectione. Et ꝓ hõ satis ꝑz declaratio diuisiõis sil ⁊ modoꝝ eiꝰ.

Sed contra ꝑdicta arguit primo sic: simul ⁊ prius opponunt: qz simul dicit negationẽ prioris ⁊ posterioris relinquens aptitudinẽ ad illa: ergo tot modis dicit simul quot modis dicit prius: q̃ sicut sunt quinq̃ modi prioris ita debẽt esse quinq̃ modi simul. Secũdo sic: illa que cõuertunt ⁊ neutrũ est causa alterius sũt simul tpe cum generatio ⁊ corruptio eoꝝ sit in eodẽ ĩstanti temporis: ergo secũdus modus simul ⁊ ꝑmꝰ coincidũt: ergo illi tres modi nõ bene distinguũt. Tertio sic: puer ⁊ senex nũc viuentes sunt simul tempore: cũ sint in eodẽ nunc: ⁊ tm̃ eoꝝ generatio nõ fuit in eodem tempore ergo male diffinit ꝑmus modus simul. Quarto sic: causa est ad cuius esse sequit aliud ſz ad esse vnius relatiui sequit esse alteriꝰ: ergo vnũ est causa alterius: ergo cõtra secundũ modũ. Quinto sic: quecũqꝫ sũt simul in aliquo sil cõueniũt: ſz illa que diuidũt econtrario vnũ genꝰ nunq̃ sũt simul in eodem neqꝫ cõueniũt in aliquo vno: qz opponũt inter se: ergo male assignat tertius modus simul.

Ad argumẽta. Ad primũ dicit q̃ licz simul priuatiue opponat prioꝛi ⁊ posteriori: ⁊ iõ ſm rem pñt poni tot modi simul quot ponunt prioris ⁊ posterioris: tm̃ ſm vsum accipiẽdo simul ut valet ad cognitionẽ ꝑdicamentoꝝ hic solũ assignant tres modi simul. Ad secundũ oꝛ q̃ licz ea que cõuertunt ſm existendi cõsequentiã sint simul tpe: tm̃ alia rõne dicunt simul tempore ⁊ simul natrua: qz inquantũ simul ꝓducunt in eodẽ ĩstanti dicunt simul tpe ⁊ inquantũ intelligunt simul esse sub aliqua natura dicunt simul natura: ideo illi modi nõ coincidũt. Ad tertiũ dicit q̃ ſz puer ⁊ senex nũc viuentes sint simul tpe ſm aliquã ꝑtem sue durationis nõ tm̃ ſm totã durationẽ eoꝝ: ſz vnus est prioz alio tempore.

Ad quartũ dicit q̃ ſz ad esse vniꝰ relatiui sequat illatiue esse alterius: non tm̃ sequit causaliter ⁊ ſm naturã: quo tm̃ modo effectus sequit ad suã causã. Ad quintũ dicit q̃ licz ea que opponunt nõ possũt esse simul in eodẽ numero: tm̃ bñ pñt esse in eodẽ genere: ⁊ hoc modo sũt simul illa que condiuidũt aliquod genus: qz simul sũt in natura cõi importata ꝑ genus.

Motus species sex sũt: generatio: corruptio: augmentatio: diminutio: alteratio ſm locum mutatio. Generatio est ꝓgressio a nõ esse ad esse. Corruptio est ꝓgressio ab esse in non esse. Augmentũ est preexistentis quantitatis maiozamentũ Diminutio est preexistentis quantitatis minozamentũ. Alteratio est mutatio de contraria qualitate in contrariã qualitatem uel in mediã: ut cũ aliqs mutat ab albedine i nigredinẽ uel in medios colores Motus ſm locuꝫ est mutatio de uno loco in alterũ. Motus aũt ſm locũ sex sũt

ſpecies ſiue differentie. ſ. ſurſum: deorſũ ante: retro: dextrorſuz ⁊ ſiniſtrorſũ. Ad omnes eni has ptes fit motus ⁊ cetera.

¶ Poſtq̃ autor determinauit de modis oppoſitiõis prioris ⁊ ſimul que valent ad cognoſcendũ dicibilia incõplexa quantũ ad ſuũ eſſe: hic ꝺſequenter determinat de motu q̃ valet ad cognoſcendũ illa quantũ ad ſuũ fieri. Illoꝝ enim dicibiliũ aliqua cauſant̃ ex alijs ꝑ motũ ratiõis: ſicut plures ſpẽs ab eodẽ genere. Alia vo ꝑ motũ realẽ: ſicut accidẽtia cauſant̃ a ſubſtantia ꝑ motum. Et ꝑmo enumerant̃ ſex ſpecies motus que in his verſib⁹ ꝺtinent̃: Auget diminuit corrũpit ⁊ generat̃. Alterat ⁊ mutat ſic ꝑ multa loca vagat̃ Iſtis ſex modis dicit̃ eſſe motus. Et illaꝝ ſpeciez ſufficiẽtia ſic haberi põt: Quia oĩs motus fit inter duos terminos vel ergo illoꝝ terminoꝝ vnus eſt affirmatiu⁹ ⁊ alius negatiuus: vel ſũt ambo affirmatiui. Si ꝑmũ: tũc hoc eſt dupliciter: qz vel termin⁹ ad quẽ eſt affirmatiu⁹: ⁊ ſic eſt generatio. vel termin⁹ a quo: ⁊ ſic eſt corruptio. Si ambo termini ſũt affirmatiui: hoc eſt duplicit̃: vel talis motus fit ad formã reſpectiuã: ⁊ ſic eſt loci mutatio q̃ fit ad vbi. Uel ad formã abſolutã: ⁊ hoc eſt duplicit̃: vel ad q̃litatẽ ⁊ ſic ẽ alteratio. Uel ad quãtitatẽ: ⁊ h̃ eſt duplr: vel ad quãtitatẽ ꝓfectã ⁊ ſic ẽ augmẽtatio. vel ad q̃litatẽ ĩpfectã: ⁊ ſic ẽ diminutio.

Primo ſciendũ q̃ generatio eſt ꝓgreſſio de nõ eẽ ad eſſe: ut cũ fit mutatio de non eſſe aque ad eſſe ei⁹ ꝑ mutionẽ ſubiecti. Et capit̃ ibi ꝓgreſſio nõ ſpecialiter. ſ. ꝑ motu ꝓgreſſiuo aialis: ſz generaliter ꝑ quacũq; mutatiõe in qua acquirit̃ forma poſt formã in aliquo ſubiecto. Et ponit̃ ibi ꝓgreſſio loco generis: ⁊ de nõ eſſe ad eẽ ad explicandũ terminũ a quo aut terminũ ad quẽ generationis. ⁊ capit̃ ibi nõ eſſe ꝓut negat generaliter omne eſſe: ſz ſolũ ꝓut negat eſſe in actu ⁊ relinquit eſſe in potẽtia: quia generatio fit de nõ eſſe in actu eſſe tñ in potẽtia ad eſſe in actu. Et ꝑ oppoſitũ corruptio eſt ꝓgreſſio de eſſe ad nõ eſſe vbi ponit̃ ꝓgreſſio loco generis: ⁊ de eſſe ad nõ eſſe ad differentiam aliaꝝ ſpeciez motus.

Secũdo ſciendũ q̃ augmentatio dicit̃ ꝑexiſtentis quãtitatis additamentũ. ⁊ rõ eſt: qz augmẽtatio eſt motus de minore quantitate ad maiorẽ. ſz quãtitas nõ poteſt fieri maior niſi ꝑ additionẽ alicui⁹ ptis quantitatis. Et per oppoſitũ diminutio eſt ꝑexiſtentis quãtitatis minoramẽtum. Et ratio eſt: qz ille motus eſt de minore quantitate in minorẽ ⁊ maior quantitas nõ põt fieri minor niſi ꝑ remotionẽ alicui⁹ partis ei⁹: iõ fit ibi minoramentũ ꝑexiſtentis quantitatis ei⁹. Unde in hoc cõueniũt augmentatio ⁊ diminutio: qz ſunt ad quantitatem: ⁊ differunt in hoc: quia vna fit ad quantitatem pfectam ⁊ alia ad impfectam.

Tertio ſciendũ q̃ alteratio eſt mutatio ab vna contraria qualitate in aliã contrariã vel in mediam. ⁊ ponit̃ mutatio loco generis ⁊ reſiduũ ponitur ad differentiã alioꝝ motuũ: quoꝝ nullus fit ad qualitatem: ⁊ nõ requirit̃ q̃ qualitates inter quas eſt alteratio ſint contrarie ſm eſſentiã ⁊ ſpeciem: ſz ſufficit q̃ ſint contrarie ſm pfectum ⁊ impfectum: nõ ibi ponit̃ vel in qualitatẽ mediã qz aliq̃ qualitates medie non contrariant̃ extremis ſm ſpeciẽ: ſz tñ ſm eſſe pfectũ vel impfectũ: ⁊ in aliquib⁹ eſt cõtrarietas ſm ſpẽm ut inter albedinẽ ⁊ medios colores.

Quarto ſcienduz q̃ loci mutatio eſt mutatio de vno loco ad aliũ locũ: ⁊ talis modus extrinſece terminat̃ ad locum. intrinſece vo terminat̃ ad vbi q̃ cauſat̃ a loco: ideo talis motus reductiue eſt in ꝓdicamento vbi: ꝛp boc differt ab alijs motib⁹. Et diuidit̃ ĩ ſex ſpecies. ſ. in motũ ſurſum: deorſum: ante: retro: dextrũ: ⁊ ſiniſtrum. Cui⁹ ratio eſt: qz motus diuidit̃ ſm diuiſionẽ termini ad quẽ: ſz vbi eſt terminus ad quẽ motus localis qui diuidit̃ ꝑ ſurſum ⁊ deorſum ⁊ ſic de alijs: ergo motus localis cõueniẽter diuidit̃ ꝑ has ſpẽs ⁊ differentias. Uñ ſurſum ⁊ deorſũ ſi capiant̃ ꝑ locis illis ſũt in ꝓdicamẽto quãtitatis: ⁊ ſic capiant̃ ꝓut dicunt rem in talib⁹ locis eſſe ſunt in ꝓdicamento vbi. Sz ſi capiant̃ ut dicũt ſituatiões ĩ illis locis ſũt orõe poſitiõis ⁊ de ꝓdicamẽto ſitus ⁊ hoc vltimo mõ nõ ſũt termini motus local̃ ſz ſecundo mõ. Et ꝑ hoc patet que ⁊ quot ſunt ⁊ qũo diffiniunt̃ ſpecies motus.

Sed contra ꝓdicta arguit̃ primo ſic: oĩs motus eſt cõtinuus ⁊ diuiſibilis cũ in tpe fiat: ſz generatio nõ eſt diuiſibilis: ſz fit in inſtanti: ⁊ ſimiliter corruptio: ergo generatio ⁊ corruptio nõ ſunt ſpẽs motus ⁊ ſic ꝑ conſequens ille ſpecies male enumerant̃.

Secũdo ſic: dum aqua generat̃ ex aere: eſt ibi generatio ⁊ tñ ipſa fit ab eſſe aque ad eſſe aeris: ergo male dicitur q̃ generatio fit de nõ eſſe ad eſſe. Tertio arguit̃ ſic: in ebullitione lactis eſt augmentatio: ⁊ tñ ibi nõ fit additamentũ ꝑexiſtenti quãtitati: q̃ male diffinit̃ augmẽtatio. Quarto ſic: mutatio de minus albo ad magis albũ eſt alteratio: ⁊ tñ nõ fit mutatio de vna qualitate in aliã cõtrariã nec in mediã: qz albũ ⁊ albus nõ contrariant̃: ergo male ponitur diffinitio alterationis. Quinto ſic: celũ mouet̃ motu local̃: ⁊ tñ nõ mutat̃ de vno loco in aliũ: ſz ſemp manet in eodem loco. ergo contra diffinitionem loci mutationis.

Ad argumẽta. Ad primũ dicit̃ q̃ ſi motus capiat̃ ſpecialit̃ ꝑ motu ſue ceſſiuo qui ſemp fit inter terminos affirmatiuos ſic omis motus eſt diuiſibilis ⁊ ſic generatio ⁊ corruptio nõ ſũt motus. ſz ſi capiat̃ generaliter tñ ꝑ oi mutatione inſtantanea ſiue ſucceſſiua ſicut in ꝓpoſito capit̃: ſic generatio ⁊ corruptio bene ſũt motus. Ad ſecundũ dicit̃ q̃ cũ aqua generat̃ ex aere: illa generatio fit ab eſſe aeris tanq̃ a termino extrinſeco: ſz a nõ eſſe aque tanq̃ a termino intrinſeco ⁊ ꝑ ꝓprio a quo magis denominat̃ q̃ a termino extrinſeco.

Ad tertiũ dicit̃ q̃ ſz in tali augmentatiõe que fit ꝑ ebullitionẽ lactis vel ꝑ rarefactionẽ nõ fit additamentũ ſubſtantie: eſt tñ additamentũ partiũ quãtitatis. Ad quartũ dicit̃ q̃ licz min⁹ albũ ⁊ magis albũ nõ contrarient̃ ſm eſſentiam cũ ſint eiuſdẽ ſpeciei: tñ contrariant̃ ſm eſſe qualitatis pfectũ ⁊ impfectũ: qõ ſufficit ad motũ. Ad quintũ dicit̃ q̃ licz celũ ſm ſe totũ nõ moueat̃ ab vno loco in alium: tñ mutat̃ ſm ſuas ptes: ⁊ iõ ſibi attribuit̃ motus localis.

Habere aũt dicit̃ multis mõis ꝓmo modo dicit̃ habere aliq̃ qualitatẽ: ut diſciplinam aut uirtutẽ. Secũdo mõ dicitur habere quantitatẽ qõ ꝓtingit ei q̃ habeat magnitudinẽ: ut bicubitũ tricubitũ. Tertio mõ dicit̃ habere ea que circa corpus ſũt adiacentia: ut neſtimentũ uel tunicã: aut circa mẽbra ut in manu anulũ. ⁊ habitus illo tertio mõ ſũptus eſt unus de decem ꝓdicamẽtis ⁊ diffinit̃ ſic: Habitus ẽ corpoꝝ ⁊ coꝝ q̃ circa corpus ſũt adiacentia: ut eſt armatio caligatio. ⁊ ſimiliter figurant̃ noia in alijs. ⁊ ſm adiacẽtia illa hec eni dicunt̃ habere: illa uero haberi. Quarto aũt mõ dicit̃ habere mẽbrũ: ut manũ aut pedẽ. Quinto dicit̃ habere ſicut ꝓtinens ꝓtentũ: ut lagena habere dicit̃ uinũ aut modiũ grana tritici.

Sexto mō dicit habere possessionem: ut domū aut agrū. Septimo mō dicit habere uxorez: ⁊ de hoc ultimo modo dicit Aristoteles q̄ iste modus alienissim⁹ est in eo qō est habere: ⁊ ꝓpter hoc q̄ uir habens uxorē etiā habet ab ea uinculū matrimonij indissolubilit ligat utrūqz. Et dicit q̄ forte alij modi apparebunt in eo qō est habere: ſz qui ꝓsueuerūt dici pene omnes enumerati sunt.

¶ Postq̄ autor determinauit de motu: hic consequenter determinat de quinto postpredicamento ⁊ vltimo. ſ. de habere. ⁊ ratio ordinis est: qz motus valet ad cognoscendum quomodo accidētia a substantia causant. habere vo valet ad cognoscendū reductionem accidentiū ad substantiā. Et qz illa accidentia pr⁹ causant q̄ ad aliud reducant: nō cōuenienter determinat de postpdicamēto hr̄e post motū.

Primo sciendū q̄ habere dupliciter accipit. Uno modo generaliter ut se extendit ad omnes suos modos: ⁊ sic ponit reductiue in diuersis pdicamētis ⁊ hoc modo ponit unum postpredicamentuz. Alio modo capit specialiter solum ꝓ tertio modo habere: put est corpozū ⁊ eoz que circa corp⁹ sūt adiacentia: ⁊ sic est unū pdicamentū ab alijs distinctuz: de quo prius determinatū est ⁊ hoc vltimo modo nō capitur hic: ſz primo modo: ideo cōuenienter ponit postpredicamentū.

Secundo sciendum q̄ illius habere septē modi ponunt in textu in his versibus cōtenti: Affectum quantū vestitū nūc velut aurum. Membrū contentū possessio vir mulierē. Unde p affectum designat primus modus habere qui est habere qualitatem. qualitas enī afficit substantiaz ⁊ qualificat eam. Et p quantū designat secūdus modus. ſ. habere quantitatez. ⁊ p vestitum designat tertius modus qui est habere ea que corpori adiacent ſm totuz: ut tunica siue ſm partē ut anulus aureus in digito. ⁊ p membrū designat quartus modus qui est habere membrū ut caput vel partē integralē. p contentuz designat quintus modus qui est ut cōtinēs habet cōtentū ut lagena hz vinū ⁊ modiū grana tritici. Et sextus modus designat p possessionem. ⁊ per mulierē septimus. ſ. habere uxorem ⁊ p hoc potest haberi

Tertio ordo ⁊ numerus illoz modoz. sciendum q̄ primus modus habere. ſ. habere qualitatem reponit in predicamento qualitatis reductiue qz tale habere dicit inherentiam qualitatis ad substantiaz ⁊ talis inherentia est esse illius qualitatis. ⁊ similit secundus modus. ſ. habere quantitatē est in predicamento quātitatis. Sed habere tertio modo est predicamentū ab alijs distinctuz. ⁊ habere membrū siue partē integralē est reductiue in predicamento substantie: qz dicit unionē partis in toto. Talis aūt unio fit p formaz substantialē. Sed habere contentuz est in predicamento ubi qz tale habere dicit esse in loco continente. Et habere possessionē est in pdicamento relationis qz possessor dicit correlatiue ad rem possessā tanq̄ ad correlatiuū eius. Et similit habere uxorē ē in pdicamento relatiōis. cōiunx enī dicit correlatiue ad cōiugē ⁊ sunt relatiua equipantie. Et p hoc habet qūo habere ſm diuersos modos eius ponit in diuersis pdicamentis.

Quarto sciendum q̄ istoz nominū haberi sic potest sufficientia: qz in omni modo habere habens est principiū habiti: vel ergo est principiū ei⁹ ſm naturam ⁊ voluntatē simul ⁊ sic est quartus modus. ſ. habere membrū. membrū enī habet ſm naturam ⁊ ſm voluntatem applicat ad operationē. vel est principiū eius ſm naturam tm̄ vel ſm voluntatē tm̄. ſi primū hoc est dupliciter vel est principiū alterius ratione materie ⁊ sic est secundus modus. vel rōne forme ⁊ sic est primus modus. Si ſm voluntatē tm̄ hoc est dupliciter: vel habens habet tm̄: vel habet ⁊ habet. ſi secundū sic habet septimus modus. Si primū hoc est dupliciter: vel habitus figurat ad formā habentis vel nō: ſi secundū sic est sextus modus. Si primū hoc ē dupliciter: vel habēs circūdat habitū: ⁊ sic est quintus modus. vel circūdat ab illo quod habetur ⁊ sic est tertius modus. ⁊ sic patet distinctio modoz habere.

Sed contra ꝓdicta arguit primo sic: idē non est predicamamentū ⁊ postpredicamentū: qz oportet idem esse in diuersis predicamentis: ⁊ poni in uno tm̄: ſz habere est unuz predicamentū: ergo male ponit unū postpredicamentū. Secundo sic: omne qō diuidit est aliqō totum: ſz habere nō est aliqō totum cum nō sit unū: ergo male diuidit p septē modos. Tertio sic: omne habere mediat inter rem habentē ⁊ rem habitam: ſz inter quantitatē ⁊ substantiā nihil mediat cum quantitas īmediate insit substantie: ergo nihil dicit habere quantitatem. Quarto sic: in omni modo habere habēs est principiū habiti: ſz possessor nō est principiū rei possesse neq̄ uir respectu uxoris: ergo male ponunt sextus ⁊ septimus modus habere. Quinto sic: substātia dicit habere relationē actionem ⁊ passionē: ⁊ similit genus dicit habere speciem ⁊ qualitas habere cōtrariū: ⁊ tm̄ illi modi hic nō enumerantur: ergo modi habere nō sufficienter enumerant hic.

Ad argumenta. Ad primū dicit q̄ ſz idē vniuoce ⁊ eodem modo captum nō sit predicamentū ⁊ postpredicamentum: tamen idem ſm vocem equiuoce acceptū potest esse predicamentum ⁊ postpredicamentū ⁊ sic est de habere ut dictū est.

Ad secundū dicit q̄ licet habere non sit aliquod totum ſm rem: est tm̄ unum totū ſm vocem: ideo bene diuidit diuisione vocis in suas significationes. Ad tertiū dicit q̄ licet habere quantitatē nō mediet realiter inter quantitatē ⁊ substantiā tanq̄ accidens realiter distinctum a quantitate: qz idem est realiter cuz quantitate: tamen mediat ſm rationē ⁊ modum: quia dicit inherentiam quantitatis ad substantiā. Ad quartū dicit q̄ licet possessor inquantū relatiue dicit ad rem possessam. ⁊ etiā uir respectu uxoris nō sit principiū: tamen ſm id qō est: est aliquo modo principiū in genere cause finalis. possessio enī est ꝓpter possessorem: ⁊ uxor ꝓpter uirū. Ad quintū dicit q̄ licet reperiant plures modi habere q̄ illi septem: tamen alij ab alijs sunt minus ꝓncipales ⁊ minus usitati: ⁊ sic sufficienter p̄t cognosci p illos modos: ideo sufficienter enumerant principaliores modi ipsius habere. Dec de tertio tractatu magistri Petri hispani dicta sufficiant.

De fillogiſmo ſimplicit tractatus quartus incipit.

p

Roposito ē oratio affirmatiua uł negatiua alicuius de aliquo uel alicui⁹ ab aliquo. Terminus ē in quem resoluit ꝓpositio ut in subiectuz ⁊ predicatum.

¶ Iste est tractatus quartus sūmulaz magistri Petri hispani in quo postq̄ determinauit de partib⁹ remotis fillogiſmi. ſ. de predicabilib⁹ ⁊ pdicamentis: ⁊ de partib⁹ ꝓpinquis eius. ſ. de enūciatiōe siue ꝓpositione: cōsequenter de

terminat de ipso syllogismo siue de totali argumentatione ꝛ qꝫ vnūquodqꝫ prius habet cōsiderari sm se q̄ꝫ p cōparationē ad aliud: Ideo priusq̄ꝫ determinet ipe de syllogismo cōtracto ad materiā ꝓbabilez ꝛ sophisticā: qō fit in tractatu de locis ꝛ fallacijs ipse in p̄senti tractatu determinat de syllogismo simpliciter ꝛ sm suā formā cōsiderato sine contractione ad materiā. Ex quo patet qꝫ syllogismus simpliciter est subiectum in isto tractatu. ꝛ qꝫ res hz cognosci p sua p̄ncipia: ideo anteq̄ꝫ diffinit syllogismū: prꝰ determinat de aliquibus p̄ncipijs syllogismi: ꝛ p̄mo de materialibꝰ q̄ꝫ de p̄ncipijs regulatiuis eiꝰ. ſ. de ꝓpositione ꝛ termino.

Primo sciendum qꝫ ꝓpositio diffinit sic: Propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo: vel a licuiꝰ ab aliquo, vbi ponit oratio loco generis diffiniti. Deinde ponit affirmatiua vel negatiua ad explicandū vnā differentiā cōuertibilē cū ꝓpositiōe ꝛ licz affirmatiuū vel negatiuū sint membra diuidentia respectu ꝓpositiōis: nō tamen ponunt in hac diffinitione in quantū sūt diuidentia diffinitū: sz inquantū sūt nobis notioza ipso diffinito ꝛ explicāt differentiā ꝓpositionis sm esse qō habet in suis specieb9. Et dicit alicuiꝰ de aliquo. i. p̄dicati de subiecto. ꝛ magis diffinit p affirmatiuū ꝛ negatiuū que se tenēt ex pte forme ꝓpositiōis q̄ꝫ p vniuersale ꝛ pticulare que se tenent ex parte materie eo qꝫ forma magis notificat esse rei: ꝛ diffinitio indicat esse rei.

Secūdo sciendū qꝫ ꝓpositio potest dupliciter considerari. Uno modo inquātū est signū conceptus mentis: vel nuncius nostri intellectus ad exprimendū cōceptū complexū: ꝛ hoc modo habet rationē enūciationis ꝛ hoc modo sibi conuenit significare verū vel falsum respectu sui significati: ꝛ qz in p̄mo tractatu cōsiderat sub ratiōe enunciatiōis ideo ibi diffinit p verum ꝛ falsuz. Alio modo consideratur ut est pars ꝓpinqua syllogismi ꝛ hoc modo considerat in p̄senti loco: ꝛ qz p affirmationē ꝛ negationē que se tenēt ex parte forme enūciatiōis maxime habet variare syllogismū ideo cōuenienter notificat p affirmatiuū ꝛ negatiuum. Et sic patet quomodo diuersimode considerat ꝛ diffinitur ꝓpositio hic ꝛ in p̄mo tractatu.

Tertio sciendū qꝫ terminus dicit in quem resoluit ꝓpositio ut in subiectū ꝛ p̄dicatum. Cuius ratio est: qz terminus est p̄ncipiū materiale cōponens ꝓpositionē. dicit enī terminus a terminando qz materialit terminat ꝓpositionē: sz vnūqōqꝫ resoluit in ea ex quibꝰ cōponit: g̈ ꝓpositio resoluit p terminos tanq̄ꝫ in suas ptes: ideo terminꝰ bñ dicit in quē resoluit ꝓpositio. ꝛ intelligit de resolutiōe q̄ fit in voces significatiuas ꝛ nō de quacūqꝫ resolutione: qz logicus solū cōsiderat voces significatiuas ꝛ nō habet cōsiderare lr̄as ꝛ syllabas q̄ a grāmatico cōsiderant.

Quarto sciendū qꝫ licz terminꝰ sit p̄ncipiū ꝛ pars ꝓpositionis tñ conuenienter diffinit post ꝓpositionē duplici de causa. Prima causa est: qz in diffinitione termini ponit ꝓpositio: ideo ante diffinitionē termini oportet notificare ꝓpositionē ne p ignota ꝓcederet. Secūda causa est: qz lz via cōpositionis pars p̄cedat totū ꝛ terminus ꝓpositionē tñ via resolutiōis totum est prius partibus suis: ꝛ qz hic cōsiderant terminus ꝛ ꝓpositio sm viā resolutionis qz diffinit terminus inquantū pertinet ad resolutionē ꝓpōnis: nō cōuenienter sequit ꝓpositionē: ꝛ q̄ꝫ syllogismus resoluat p ꝓpositionē: qz tñ ipsa nō diffinit hꝫ p syllogismū: nec inquantū est terminꝰ resolutiōis syllogismi: iō nō oportuit p̄mo diffinire syllogismū q̄ꝫ ꝓpositionē: ꝛ sic patet diffinitio ꝓpositionis ꝛ termini ꝛ ordo eaꝝ.

Contra predicta arguit primo sic: cōclusio est oratio affirmatiua alicuius de aliquo ꝛ tamen nō est ꝓpositio: qz nō ponit p aliquo. dicit enī ꝓpositio quasi p alio positio. ſ. p conclusione inferenda: ergo ista diffinitio conuenit alijs a diffinito. Secūdo sic: nullū supius debet diffiniri p sua inferiora: sz affirmatiuū ꝛ negatiuū sūt inferioza ꝓpositiōis: ergo male ponunt in diffinitiōe eius. Tertio sic: hec est ꝓpositio nō homo currit ꝛ tamen nō est affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo: qz nō homo nō est aliquid: ergo cōtra diffinitionē ꝓpositiōis. Quarto sic: ꝓpositio resolui tur p elementa ꝛ litteras ꝛ tamen littere ꝛ elementa nō sūt termini: ergo ista diffinitio non conuenit soli termino.

Quinto sic: ꝓpositio resoluitur p copulam verbalem ꝛ tamen copula verbalis nō est terminus: quia tunc in syllogismo essent plures termini q̄ꝫ tres: maioꝝ patet quia ꝓpositio componit ex copula verbali: ergo resoluit p ipsam.

Ad argumēta. Ad p̄mū dicit qꝫ licet cōclusio nō ponat p aliquo i actu tamen ponit aptitudine qō sufficit ad hoc qō dicat ꝓpositio. Ad secundū dicit qꝫ licet supius nō debeat diffiniri p sua inferiora ea ratione qua sūt inferiora eius: tamen bñ potest p ea diffiniri inquantū sunt ipso diffinito notiora ꝛ ponunt ad circūloquendū differentiā conuerti bilē sui superioris: ꝛ sic ponunt affirmatiuuꝫ ꝛ negatiuū in ista diffinitione. Ad tertiū dicit qꝫ si capiat nō homo ut infinitū est sic nō dicit aliquid nec est ibi ꝓpositio. Sed si capiat ut virtute intellectus determinet ꝛ accipiat p̄ro aliquo finito utputa p asino sic ibi aliquid de aliquo affirmat qz nō homo est aliquid. Ad quartū dicit qꝫ licet ꝓpositio resolui possit in litteras ꝛ syllabas vel elementa tanq̄ꝫ in p̄ncipia vocis significatiue que resolutio non considerat a logico tñ nō resoluit i ipsas tanq̄ꝫ in voces significatiuas: de qua resolutione hic intelligit. Ad quintū dicit qꝫ resolutio habet ꝓprie fieri in partes materiales que remanent resolutione facta: ꝛ qz copula verbalis non est pars materialis ꝓpositionis: ideo ꝓprie nō resoluit p copulā verbalem: bñ tamen si capiat generaliter resolutio p quacūqꝫ diuisione totius in sua p̄ncipia vel materialia vel formalia idifferenter ꝛ sic nō capit hic sz tñ p resolutione in p̄ncipia materialia qō explicat cū dicit in subiectū ꝛ predicatū.

Dici de omni est quando nihil est sumere sub subiecto de quo nō dicat̄ predicatuz: ut omnis homo currit: hic cursus dicit de omni homine: ꝛ nihil est sumere sub homine de quo nō dicatur cursus.

Dici de nullo est quādo nihil est sumere sub subiecto a quo nō remoueat̄ p̄dicatū ut nullus homo currit. hic cursus remouet ab omni homīe: ꝛ nihil est sumere sub homine a quo nō remoueat̄ cursus.

¶ Postq̄ autoꝝ determinauit de p̄ncipijs materialibus syllogismi. ſ. de ꝓpositione ꝛ termino: hic consequenter determinat de p̄ncipijs regulatiuis eius: p que p̄ncipia materialia syllogismi regulant. ſ. dici de omni ꝛ dici de nullo. Et qz dici de nullo importat negationē: ꝛ dici de omni affirmationē: ideo prius determinat de dici de omni ipsum primo sic diffiniens: Dici de omni est quando nihil est sumere sub subiecto de quo nō dicat̄ p̄dicatuz. Cuius ratio est: qz in aliqua ꝓpositione est dici de omni quando predicatum affirmat de subiecto distributo p omnib9 suis suppositis: ut hic omnis homo est albus. Sz quando p̄dicatū vniuersaliter affirmatur de subiecto nihil sumit sub subiecto de quo nō enunciet actualiter ꝛ affirmet p̄dicatum cum dicat̄ de quolibet subiecto eius ꝛ affirmet: ideo p predictam diffinitionē dici de omni cōuenienter explicat.

Primo sciendū qꝫ dici de omni est conditio p̄dicati in ordine ad subiectū: qz dici seu p̄dicari est conditio p̄dicati ꝛ nō subiecti ꝛ licet esse in toto siue di

stributū sit conditio subiecti qō distribuit: tamen dici de omni siue p̄dicari de distributo est conditio p̄dicati: ⁊ per hoc differūt dici de omni ⁊ esse in toto eo q̄ dici de omni importat habitudinē p̄dicati ad subiectum ⁊ est conditio ꝫ esse in toto est conditio subiecti in ordine ad p̄dicatū: q̄ subiectū est in p̄dicato sicut pars subiectiua est in suo toto vniuersali. Et similit etiā dici de nullo in ꝓpositiōe vniuersali negatiua est conditio p̄dicati in ordine ad subiectum.

Secūdo sciendum q̄ duplex est dici de omni. s. prioristicū ⁊ posterioristicū. Posterioristicū est quando p̄dicatū ſm rem dicit de subiecto ⁊ sibi cōuenit ꝑ quolibet suo suppōsito ⁊ ꝑ qualibet differentia temporis: ut hic homo est aīal. ⁊ ideo ad tale dici de omni requirit duplex vniuersalitas. s. suppositoꝝ ⁊ temporꝝ. Sz dici de omni prioristicuz est quando in aliqua ꝓpositione p̄dicatum ſm modum enūciandi affirmat de subiecto pro quolibet suo suppōsito: ut hic omnis homo est albus. ⁊ nō requirit ad ipsum vniuersalitas suppositorū vel temporuz ſm rem: ꝫ sufficit q̄ ī modo enūciandi sit vniuersalitas suppositorū de quibus p̄dicatum affirmat: ⁊ de isto dici de oi est solum hic ad ꝓpositum ⁊ nō de ꝑmo: quia ipsum est regulatiuū syllogismorum affirmatiuoꝝ ⁊ aliud non.

Tertio sciendū q̄ dici de nullo est quādo nihil est sumere sub subiecto a quo nō remoueat p̄dicatum: ut nullus homo currit. ratio est: q̄ in aliqua ꝓpositione est dici de nullo qū p̄dicatum negatur de subiecto distributo ꝑ signum vniuersale ꝑ omnib⁹ suis suppositis ⁊ quando nulli suppōsito inest. Sed quando negat taliter de subiecto nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueatur p̄dicatum ſm modum enunciandi: ideo bene diffinitur dici de nullo quando nihil est sumere sub subiecto a quo nō remoueatur predicatum.

Quarto sciendus q̄ dici de omni ⁊ dici de nullo sunt hoc modo p̄incipia regulatiua syllogismoꝝ: q̄ ꝑ dici de omni intelligit ista maxima: quicqd dicit de subiecto distributo dicit etiam de quolibet suppōsito eius sumpto sub ipso ꝑ quā possunt ꝓbari omnes syllogismi affirmatiui: ut facto syllogismo omne animal currit: omnis homo ē animal: ergo omnis homo currit. ibi currit in maiori dicitur de animali distributo: ergo affirmat de quolibet suppōsito animalis. ꝫ homo ī minori sumit sub animali: ergo currit de homine p̄dicabit. ⁊ similiter ꝑ dici de nullo intelligitur ista maxima: quicqd negatur de subiecto distributo: negatur de quolibet suppōsito eius: ⁊ ꝑ illam ꝓbantur similiter syllogismi negatiui sicut affirmatiui ꝑ aliam. Ūñ omnes syllogismi perfecti qui sunt directe concludentes in prima figura directe regulant ꝑ dici de omni ⁊ dici de nullo. ꝫ alij syllogismi imperfecti regulant indirecte ⁊ ex consequenti inquantū reducunt ad syllogismos ꝑfectos.

Contra predicta arguit primo sic: in ista ꝓpositiōe homo est aīal nihil est sumere sub subiecto de quo nō dicat p̄dicatum: ⁊ tamen ibi nō est dici de omni: ergo contra diffinitionē ei⁹

Secūdo sic: in ista ꝓpositiōe: omnis homo currit. aliqd est sumere sub subiecto de quo nō dicit predicatū: quia ibi currit non predicat de antichristo vel de adam: ergo male dicit q̄ dici de omni est quando nihil est sumere sub subiecto de quo nō dicat predicatum. Tertio sic: in ista: ois equus currit: est dici de omni ⁊ tamen est aliquid sumere sub subiecto de quo non dicat predicatum: q̄ potest sumi pes vel caput equi: de quo tamen nō dicit cursus: ergo cōtra diffinitionē. Quarto sic: in ista sortes nō currit. nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueat p̄dicatum: ⁊ tamen nō est dici de nullo: ergo diffinitio ei⁹ cōuenit alijs a diffinito. Quinto sic: nulla regula ingredit regulatum vel est de compositiōe eius: ꝫ dici de omni ⁊ dici de nullo ingrediunt compositionē syllogismi: q̄ in omni ꝓpositiōe vniuersali affirmatiua est dici de omni: ⁊ in vniuersali negatiua est dici de nullo: ergo ipsa nō sunt principia regulatiua syllogismoꝝ.

Ad argumenta. Ad primū dicit q̄ licz in ista bō est animal. nihil sit sumere sub subiecto de quo nō dicat p̄dicatum ſm rem ⁊ in aptitudine: nō tamen dicitur ſm modum enūciandi: ⁊ in actu de quolibet suppōsito subiecti: ideo ibi nō est dici de omni prioristicuz. Ad secundū dicit q̄ in ista omnis homo currit: homo solum distribuit ꝑ hominib⁹ p̄sentib⁹ ad quos restringit ratione illius verbi p̄sentis temporis currit ⁊ de illis nō est aliquid accipere de quo nō dicat predicatum. Unde adam ⁊ antichristus non continent sub homine ibi distributo. Ad tertiū dicit q̄ ꝫ pes equi possit sumi sub equo tanq̄ pars integralis eius: nō tamen tanq̄ pars subiectiua ei⁹ ⁊ tanq̄ suppositum eius: de qua sumptiōe solum est hic ad ꝓpositum. Ad quartuz dicit q̄ ad dici de nullo p̄supponitur q̄ possit aliquid sumi sub subiecto: ⁊ q̄ de quolibet sumpto sub eo remoueatur p̄dicatum: modo sub sorte simpliciter nihil est subsumere eo q̄ nō habet suppōsita: ideo ī illa ꝓpositiōe: sortes nō currit nō est dici de nullo. Ad quintū dicit q̄ licet dici de omni ⁊ dici de nullo ꝑ accidens ingrediant compositionē syllogismi tanq̄ dispositiones materie eius: nō tamen ingrediunt ꝑ se tanq̄ partes materiales componētes syllogismū. Et nō est inconueniens q̄ regula alicuius virtualiter vel ꝑ accidens ingrediatur compositionem ipsius.

Syllogismus est oratio in qua quibusdaz positis ⁊ concessis necesse est aliud euenire per ea que posita sunt ⁊ concessa: ut omne animal est substātia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. hoc totum est oratio quedam in qua quibusdam positis. s. duabus premissis necesse est aliud accidere. s. ꝯclusionē.

¶ Positq̄ autor determinauit de p̄incipijs syllogismi materialibus ⁊ effectiuis. s. de principijs regulatiuis: hic consequenter determinat de ipso syllogismo ipsū primo sic diffriens: Syllogismus est oratio in qua quibusdaz positis ⁊ concessis necesse est aliud euenire ꝑ ea que posita sunt ⁊ cōcessa. In qua diffinitione ponit oratio loco generis. Deinde ponit in qua quibusdam ad differentiaz entimematis: in quo licet sint due premisse virtualiter ⁊ ſm intellectum tamen est vna formaliter: ⁊ in syllogismo debēt esse plures formaliter. Deinde ponitur positis. i. dispositis in modo ⁊ figura ad differentiam inductionis ⁊ exempli ⁊ aliaꝝ combinationū inutiliū vbi ꝓpositiones non disponunt in modo. Deinde ponitur necesse est accidere. i. sequi ad differētiam paralogismoꝝ fallacie accidentis vbi conclusio non sequit de necessitate. Ponitur aliud ad differētiā petitionis principij vbi conclusio nō est alia a premissis. Et ponit ꝑ ea que posita sunt ad differentiam paralogismoꝝ ſm nō causā ut cām vbi ꝯclusio nō sequit ꝓpter p̄missas positas

Primo sciendum q̄ licet syllogismus nō sit oratio simpliciter vna ⁊ cathegorica: est tamē vna ipothetica ꝓpositio. Et dicit vna ꝓpositio ꝓpter tres causas. Primo ꝓpter vnitatez medij in quo due extremitates vniunt ⁊ conueniūt due premisse: ⁊ illud rationē habet efficientis respectu illationis conclusionis. Secundo ꝓpter vnitatem forme: q̄ duarū premissaꝝ minor est contrahēs ⁊ determinans respectu maioris: ideo habent vnitatē ille due premisse ꝑ modū actus ⁊ potentie ratiōe talis dispositionis. Tertio ꝓpter vnitatē finis: q̄ ille due ordinant ad eandem conclusionem inferendam. ⁊ ideo q̄ius nō semp

vniant̃ p coniunctionẽ mediam formaliter: tamen virtualiter possunt vniri ꝓpter causas ꝓius dictas.

Secũdo sciendum ꝙ in argumentatiõe duplex reperit̃ necessitas. ſ. necessitas cõsequẽtie ⁊ consequentis. Necessitas consequentie est necessitas illationis q̃ ꝓuenit necessario ex necessaria habitudine antecedentis ad consequens p hoc ꝙ consequẽs in antecedẽte includit̃: ideo posito antecedente necesse est ponere consequens: siue antecedens sit vnũ siue nõ. Sed necessitas eõ sequentis est necessitas ꝓpositionis ꝓueniens ex necessaria habitudine suoꝝ extremoꝝ: ut hic homo est risibilis: vt homo est animal. Et q̃ꝫ dicit causalitatem antecedentis supra consequens: ⁊ in ista diffinitione nõ intelligit̃ de necessitate consequentis sic ꝙ conclusio sit necessaria: ſz soluz de necessitate cõsequentie sic: ꝙ cõclusio sequat̃ necessario

Tertio sciendũ ꝙ conclusio syllogismi nõ est de essentia syllogismi. ⁊ ratio est: qz illud non est de essentia alterius quo remoto alterũ remanet pfectum ⁊ completũ in sua ſpecie: ſz conclusione remota remanet syllogismus pfectus in ſpecie: qz remanet in determinato modo ⁊ determinata cũ ibi fit dispositio triũ terminoꝝ in figura ⁊ duaꝝ ꝓmissarũ in mõ: g̃ cõclusio nõ est de essentia eiꝰ: iõ in ista diffinitiõe cõuenienẽ ponit̃ aliud: ⁊ dato ꝙ conclusio nõ esset alia a toto syllogismo. esset tñ alia a ꝓmissis: iõ in syllogismo ex ꝓmissis positis sequit̃ aliud ab ipsis.

Quarto sciendum ꝙ syllogismus dicit̃ ꝓ perfectum ⁊ impfectus. Syllogismus pfectus est qui habet euidentem necessitatem cõcludendi sicut sũt quattuor modi directe concludentes in prima figura vbi syllogismus habet euidentem necessitatem siue illationis. Sed syllogismus impfectus est qui nõ habet euidentẽ necessitatem siue illationis: sed ille fit euidens p hoc ꝙ reducitur ad modos euidentes prime figure sicut sunt omnes alij a quattuor primis modis prime figure: quia tamen in omnibus istis sequitur cõclusio de necessitate: licet nõ euidenter: ideo p̃dicta diffinitio syllogismi conuenit tam syllogismo pfecto: q̃ꝫ impfecto ⁊ p hoc pz ꝙ est sufficiens.

Contra predicta arguit̃ primo sic: nullꝰ motus rationis vl̃ discursus intellectus est oratio cum nõ sit vox: ſz syllogismus est discursus intellectus: ergo male dicit̃ ꝙ syllogismus est oratio. Secundo sic: ad syllogismũ simpliciter nõ requirit̃ ꝙ premisse concedant̃: quia siue concedant̃ siue nõ cõclusio sequit̃ necessario: ergo male ponit̃ in textu positis ⁊ concessis. Tertio sic: conclusio in materia cõuenit cũ premissis: quia includit ambas extremitates ⁊ etiam cõuenit in forma cum ipsis. ſ. in copula verbali: ergo non est alia a premissis: ergo male ponitur ꝙ i syllogismo de necessitate sequit̃ aliud. Quarto sic: illud qõ accidit nõ sequitur de necessitate cum possit adesse vel abesse: sed conclusio sequitur de necessitate in syllogismis: ergo nõ est necesse eam accidere p ea que posita sunt. Quinto sic: omnis syllogismꝰ necessario infert suam conclusionẽ: ⁊ omnes syllogismi habent equaliter necessitatẽ ꝛcludendi: g̃ oẽs syllogismi sunt pfecti: g̃ male dicit̃ syllogismus p pfectũ ⁊ impfectum.

Ad argumenta. Ad primũ dicit̃ ꝙ syllogismus nõ est formaliter discursus interior intellectus: ſz solum vox complexa significans illum interiorẽ discursum qui fit in intellectu ideo bene dicit̃ ꝙ est oratio. Aliquando tamen capit̃ p illo discursu capiendo significatum p signo: ſz sic nõ capit̃ in ꝓposito. Ad secundũ dicit̃ ꝙ licet ad syllogismum simpliciter nõ requirat̃ ꝙ premisse concedant̃: qz ille abstrahit a materia vera vel falsa: tamen requirit̃ ad syllogismum dialecticum: ⁊ quia ꝓPetrus hispanus hanc diffinitionẽ sumpsit a Boetio diffiniente in thopicis syllogismũ dialecticũ: ideo hic dimisit positis ⁊ concessis in ista diffinitione: qz q̃libet hoc nõ requiratur ad syllogismũ in cõmuni: tamen sibi nõ repugnat. Ad tertiũ dicit̃ ꝙ licet conclusio sit partẽ cõueniat materialiter cũ premissis: differt tamen formaliter ab his cum ibi fit alia habitudo p̃dicati ad subiectum ⁊ ex consequenti alia compositio eoꝝdem q̃ in premissis: licet enĩ copula verbalis sit ſe maneat eadem tamen compositio eius variat̃ p variationem habitudinis extremoꝝ.

Ad quartũ dicit̃ ꝙ si capiatur accidit ꝓut contingenter euenit sic conclusio non accidit de necessitate ex premissis: sed si capiatur accidit ꝓut tantũ valet sicut sequit̃ illo modo conclusio bene accidit ⁊ sic accipit̃ hic. Ad quintũ dicit̃ ꝙ licet omnes syllogismi sint pfecti quantum ad necessitatem eoꝝ ⁊ quo ad esse nõ tamen quo ad euidentiam necessitatis siue ⁊ quo ad bene esse.

Omnis aũt syllogismus constat ex tribus terminis ⁊ duabus ꝓpositionibus. Quarũ ꝓpositionuꝫ prima uocat̃ maior secũda uero minor. Ex tribus aũt terminis nõ possunt due ꝓpositiones fieri nisi alter illoꝝ termioꝝ sumat̃ bis: ⁊ tũc ille terminus aut subiiciet̃ in una ⁊ predicabit̃ in alia: aut subiiciet̃ in utraq; aut predicabitur in utraq;. Horũ aũt terminorum alter uocat̃ medium alter maior extremitas: alter uero minor extremitas. Mediũ est terminus bis sumptus ante conclusionẽ. Maior extremitas est terminus sumptus in maiori ꝓpositione cũ medio. Minor extremitas est terminus sumptus in minori ꝓpositiõe cũ medio.

¶ Postq̃ autor determinauit de syllogismo: hic ꝓsequẽter ostendit que ⁊ quot principia requirantur ad constitutionẽ eius: ⁊ quia materia via generationis p̃cedit formã: ideo anteq̃ ostendat que principia formalia requirant̃ ad syllogismum ꝓius ostẽdit que principia materialia requirunt̃ ad constitutionẽ eius. sicut enim in syllogismo est duplex forma. ſ. remota siue cõmunis que est figura ⁊ ꝓpinqua scilicet modus sic est ibi duplex materia. ſ. ꝓpinqua ⁊ remota. remota ut sunt tres termini correspõdentes figure ⁊ ꝓpinqua. ſ. due ꝓpositiões q̃ correspondẽt ipsi modo: qz modꝰ dicit ordinationẽ ꝓpositionũ sicut figura terminoꝝ.

Primo sciendum ꝙ in omni syllogismo requirutur tres termini ad cõpositionẽ eius: cuius ratio est: quia in omni syllogismo ostẽditur vnio siue separatio duoꝝ terminoꝝ in conclusione: ſz talis vnio vel separatio nõ potest ostendi per terminos conclusionis: quia sic idem ꝓbaretur p ſeipsum: ergo ꝓter illos terminos requiritur tertius terminus ad ostendendũ talem vnionẽ vel separationem: ergo omnis syllogismus constat ex tribus terminis: ⁊ quia ad vnitatem syllogismi requiritur vnitas cõclusionis: quia ab ipsa syllogismus dicitur vnus: ideo tñ i syllogismo requirunt̃ due extremitates ⁊ vnum medium per quod ꝓbatur vnio vel separatio illaꝝ extremitatum: ⁊ per hoc patet ꝙ omnis syllogismus resoluitur p tres terminos cum ex tribus terminis componatur.

Secundo sciendũ ꝙ isti tres termini vocantur mediũ: maior extremitas ⁊ minor extremitas. vnde mediũ dicitur terminus bis sumptus ante conclusionem. ⁊ ratio est: quia extremitates in syllogismo vniunt̃ in conclusione ꝓpter vnionem eaꝝ in premissis cũ medio. sed medium in vna acceptione solum vnit̃ cuꝫ vna

extremitate: ergo ad hoc q̄ vniatur cum duabus extremitatibus vel extremitates cum ipso oportet q̄ bis sumatur: ideo medium bis sumit̄ ante conclusionē. Sed maior extremitas est terminus sumptus in maiori ꝓpositione cum termino medio: ⁊ dicitur maior extremitas: q̄ semp̄ sub se continet minorē extremitatez eo q̄ in conclusione directa semp̄ est p̄dicatum respectu minoris: ⁊ q̄ñq̄ etiā continet mediū cū minori extremitate ut in p̄ma figura ⁊ tertia: ⁊ se habet p̄ modum totius respectu eorū. modo totum est maius sua parte. Sed minor extremitas est terminus sumpt⁹ in minori ꝓpositione cum medio: ⁊ dicitur minor respectu maioris in qua continetur sicut pars in toto.

Tertio sciendū q̄ dupliciter dicit̄ medium in syllogismis. quandoq̄ enim dicit̄ medium cōiunctione eo q̄ ipsum est vnitiuū extremitatum in conclusione ⁊ hoc modo reperit̄ mediuz in qualibet figura. Alio modo dicit̄ mediū positiōe quando. ſ. p̄m suam subiectionem ⁊ p̄dicationez ponitur inter duas extremitates ut q̄ñ subijcit̄ maiori extremitati ⁊ predicat̄ de minori: ut est in p̄ma figura tunc dicit̄ medium positione: ⁊ solum tale medium positione reperit̄ in prima figura. in alijs aūt solum est mediuz cōiunctiōe: ⁊ de vtroq̄ medio intelligit̄ p̄dicta diffinitio medij q̄ est termin⁹ bis sumptus añ conclusionē

Quarto sciendum q̄ omnis syllogismus constat ex duabus ꝓpositionibus. cuius ratio ē quia in syllogismo ut dictum est ostendit̄ vnio extremitatum inter se in conclusione ꝓpter vnitatem earū cum medio: sed non potest ostendi vnio illarū cum medio: nisi sint due ꝓpositiones: ⁊ nisi mediuz bis sumat̄: ideo in omni syllogismo due premisse requirunt̄: ⁊ etiam solum due: eo q̄ ista vnio extremitatuz cum medio cum duabus premissis sufficit ad ostendendū vnionem extremitatū inter se. ⁊ harū ꝓpositionū prima dicitur maior ⁊ secūda minor. ⁊ ratio est: quia secunda se habet sicut contrahens ⁊ determinans maiorem: ⁊ quodāmodo est pars prime premisse. Sed cōtrahens ⁊ determinans se habet in minus q̄ illud qō contrahitur: ⁊ etiam pars respectu totius ratione cuius secunda premissa cōuenienter dicit̄ minor ⁊ p̄ hoc patet q̄ ⁊ quot p̄ncipia materialia requirunt̄ in cōpositione syllogismi.

Sed contra p̄dicta arguitur p̄mo sic: in qualibet ꝓpositione sūt duo termini sed in syllogismo sunt due ꝓpositiones: ergo in quolibet syllogismo sunt quattuor termini ⁊ nō tm̄ tres. Secūdo sic: in syllogismo ex oppositis tm̄ sunt duo termini: ut hic: omnis homo currit: null⁹ homo currit: ergo nullus homo est homo. ergo male dicitur q̄ in omni syllogismo sūt tres termini. Tertio sic: in omni syllogismo sūt due premisse cum vna conclusione: ſz conclusio est vna ꝓpositio: ergo syllogismus nō constat ex duabus ꝓpositionibus tm̄: sed ex tribus. Quarto sic: omnis terminus ē aliquod extremū quia dicit̄ a terminando: ergo nullus terminus est mediū ergo terminoz syllogismi nullus dicit̄ medius. Quinto sic: in eadez ꝓpositione nō potest bis sumi idem terminus cum alio termino: ſz syllogismus est vna ꝓpositio ⁊ vna oratio ut dictum est prius: ergo in eo medium nō bis sumitur

Ad argumēta. ante conclusionem.

Secundo sciendũ q̃ locus extrinsecus est q̃n sumit̃ argumentũ ab his q̃ sũt oino sepata a substãtia rei. i. q̃n termin⁹ inferẽs simplicit̃ est extrinseus ⁊ discõueniens cũ termino illato: ut arguendo sic: sortes est albus: ergo sortes nõ est niger termin⁹ inferẽs. s. albus est totalr extrinsecus termino illato. s. nigro: ⁊ propt̃ hanc cãm talis locus vocatur extrinsecus. Et licz habitudo localis in illo loco sit quodã modo intrinseca in termino inferenti: tamen est extrinseca in ordine ad terminum illatum: ⁊ est habitudo negatiua tñ inter illos terminos ⁊ nõ habitudo positiua sicut in loco intrinseco.

Tertio sciendū ꝙ locus medius est qñ sumitur argumentum ab his que partim conueniūt ꝛ differūt cū terminis in questione posit: hoc est qñ inferens partim conuenit cū termino illato ꝛ partim differt: sicut est inter concretū ꝛ abstractū que conueniunt in re significata: ꝛ differūt in modo significādi. ꝛ cōueniunt in principio dictionis: ꝛ differūt in fine sicut est inter coniugata ꝛ casus: ut si queratur vtrū iusticia sit bona ꝛ probetur sic: Justū est bonū: ergo iusticia ē bona. ibi iustū partim cōuenit ꝛ partim differt a iusticia. Et dicitur talis locus medius: quia terminus inferens medio modo se habet ad terminū illatū quantū ad hoc quod est conuenire ꝛ disconuenire: ideo iste locus q̄ntū ad conuenientiā ꝛ differentiam termini inferentis ꝛ termini illati dicitur aliquo modo medius per participationē inter terminū intrinsecū ꝛ terminum extrinsecum.

Quarto sciendū ꝙ predicta diuisio loci per illos tres modos nō est diuisio generis in suas species: quia locus non dicitur equaliter de istis tribus membris: sed est diuisio analogi in sua analogata: quia locus dicit de istis tribus fm prius ꝛ posterius: prius enī dicitur de loco intrinseco ꝛ postea de alijs. Et ratio est: quia locus est habitudo termini inferentis ad terminū illatum. sed in loco intrinseco vbi est habitudo positiua tm̄ est perfectior habitudo q̄z in loco extrinseco vbi est habitudo priuatiua tm̄: que solus habet cognosci per respectū ad habitudinem positiuam sicut priuatio cognoscitur per habitū: ꝛ etiam locus medius participat rationē vtriusq; loci: quia habz conuenientiam cū loco intrinseco ꝛ extrinseco: ꝛ ea parte qua cōuenit cum loco intrinseco perfectior est loco extrinseco. ꝛ per hoc patent diffinitiones ꝛ comparatio illorum locorū inter se.

Sed contra predicta arguit primo sic: Locus cuius maxima multiplicatur sicut locus differentia maxime: sed locus maxima non diuidit̄ur per locū intrinsecū extrinsecū ꝛ medū: ergo male diuiditur hoc modo locus differentia maxime. Secūdo sic: locus differentia maxime habet diuidi fm diuersas differentias entis eo ꝙ dicit habitudinē termini ad terminum que se tenet ex parte rei significate. sed plures sunt differētie entis q̄z tres sicut idem: diuersum: actus: potentia: accidens: ꝛ substātia ꝛ sic de alijs: ergo non sunt tm̄ tres modi differētie maxime. Tertio sic locus dyalecticus dicitur fm similitudinē ad locū realem: sed omnis locus realis est extrinsecus locato quia est subiectiue in locante: ergo omnis locus dyalecticus est extrinsecus: ꝛ nullus est intrinsecus. Quarto sic: oīs locus est habitudo medians inē terminū inferentē ꝛ terminū illatū: ergo omnis locus est medius. Quinto sic: arguēdo sic Homo currit ergo animal currit. terminus inferēs. s. homo partim cōuenit cū termino illato ꝛ ptim ab eo differt: ꝛ tm̄ ibi nō est locus medius: sed locus a spē ad genꝰ: ergo male diffinit̄ locus medius.

Ad argumenta. Ad primū dicitur: ꝙ licz nō ponatur explicite diuisio loci maxime: tamen satis ponitur implicite: quia potest intelligi multiplicatio eius per diuisionē loci differentie maxime: quia variatis terminis qui sunt differētie maxime fm diuersos locos etiam variantur maxime que formant fm habitudines illoꝝ terminoꝝ: ideo in quolibet loco spāli fit vna maxima special. Ad secundū dicit̄: ꝙ licz diuisio loci differentie maxie sumat̄ fm aliqs drias entis s. fm idē diuersum ꝛ partim idem ꝛ partim diuersum: non tm̄ sumit̄ fm oēs drias entis: ideo nō oportet ꝙ sint tot modi locoꝝ quot sunt modi entis. Ad tertiū dicit̄ ꝙ licz locꝰ dyalecticus habeat similitudinē cū loco nāli in eo ꝙ est cōseruatiuus ꝛ generatiuꝰ argumēti: sicut locus nālis est conseruatiuus locati: nō tm̄ sumit̄ fm illā similitudinē q̄ est eē extrinsecū: q̄re nō oportet ꝙ oīs locus drīa maxime sit extrinsecꝰ.

Ad q̄rtū dicit̄ ꝙ negat̄ cōntia: Et rō est: qz nō dr̄ locꝰ medius eo ꝙ sit habitudo mediās inter illos duos terminos sz qz terminꝰ inferēs ptim conuenit cū termino illato ꝛ ptim differt ab eo. Ad q̄ntū dr̄ ꝙ licz hō ꝛ asal ptim conueniant ꝛ differāt: tm̄ hō ibi nō infert asal in illo argumēto inq̄ntū ē conueniēs ꝛ drīs sil: sz rōne conueniētie tm̄: iō ibi ē locꝰ intrinsecꝰ

Locus intrinsecus diuiditur per locū a substantia ꝛ p locū a cōcomitātibꝰ substantiā. Locus a substantia est qñ sumit̄ argumentū ab his que sunt de substātia terminoꝝ positoꝝ in questione. Et diuiditur hic locus p locū a diffinitione ꝛ locum a descriptione et locum a nominis interpretatione.

¶ Postq̄ autor posuit diuisionē loci drīe maxime ꝛ diffinitōes mēbroꝝ ei: hic cōsequenter subdiuidit vnū membrū illius diuisionis. s. locū intrinsecū dicēs ꝙ locus intrinsecus diuidit̄ p locū a substantia ꝛ p locū a cōcomitātibꝰ substātia. Cuiꝰ rō est: qz in oī loco intrinseco terminꝰ inferēs aliquo modo facit vnū cū termino illato. uel ergo dicit̄ conuertibiliter totā substantiā termini illati: uel dicit aliq̄d cōcomitans illā substantiā: ꝛ nō dicit conuertibiliter illā substantiam fm se totā. Si primū sic est locꝰ a substantia. Si secūdū sic ē locus a cōcomitātibꝰ substantiā. ꝛ qz terminꝰ dicēs conuertibiliē totā substantiā alteriꝰ pfectiorē habz habitudinē ad alterū q̄z ille q̄ nō dicit conuertibiliē ipsam: iō locus a substantia pfectior est q̄z locus a cōcomitātibꝰ substantiam.

Primo sciēdū ꝙ locus a substātia ē qñ terminus inferēs dicit conuertibiliē totā substantiam termī illati: ut arguēdo a diffinitōe ad diffinitū: ꝛ nō oportet ad talē locū ꝙ terminꝰ inferēs explicet substantiā termini illati: qz locꝰ a diffinito ad diffinitōez ē locꝰ a substātia: ꝛ tm̄ diffinitū nō explicat naturā diffinitōis nec descriptū respectu descriptōis: iō nō semp oportet ꝙ terminꝰ inferens dicat explicationē alteriꝰ: sz sufficit ꝙ dicat conuertibiliter totā substantiā eiꝰ. ꝛ iō in textu sic diffinit̄: locꝰ a substantia est qñ sumit̄ argumentū a substantia terminoꝝ in qōne positoꝝ: qō dz intelligi a substātia: ḃ est ab illo qō dicit conuertibiliē totā substantiā rei. Et nō capit̄ ibi substātia gnāliē pro quocūq; eē rei ut sumit̄ in diffinitōe loci intrinseci alias nō differret diffinitio loci intrinseci a diffinitōe

Secundo loci a substantia.
sciēdū ꝙ locus a cōcomitantibꝰ substantiā est qñ sumit̄ argumētū ab his q̄ conueniūt cū substātia rei: nō tm̄ dicūt conuertibiliē totā substantiā eiꝰ: ut qñ terminꝰ inferēs conuenit cū termino illato: nō tm̄ conuertibiliē. ut arguendo a pte ad totū: uel a toto ad partē. uel a cā ad effectū uel ecōtra. in talibꝰ enī terminꝰ inferēs sp facit aliquo mō idē cū ēmino illato nō tm̄ conuertibiliē. ꝛ nō oportet in tali loco ꝙ semp terminꝰ inferēs fit vnū in eēntia cū termino illato: sz sufficit ꝙ fz aliquē modū eēndi in includat̄ in eē eiꝰ: ꝛ facit vnū cū ipo in rōne inferēdi ꝛ p respectū ad argumētū qō infert ēminū illatū positū ī qōne.

Tertio sciendū ꝙ locꝰ a substātia diuidit̄ p locū a diffinitōe a descriptōe ꝛ a nois interpratōe. Cuiꝰ rō ē qz in loco a subā vnū ēminoꝝ sp dic̄ explicatiōez alteriꝰ: iz nō sp terminꝰ iferēs dicat explicatōez ēmini illati ut priꝰ dictū ē sz ab ipo denoiat̄ locꝰ: ul̄ g̃ tal̄ explicatio sumit̄ a pncipijs eēntialibꝰ rei: ꝛ sic ē locꝰ a diffinitōe. uel a ꝓprietatibꝰ eiꝰ: ꝛ ḃ dupliciē. ul̄ sumit̄ a ꝓprietatibꝰ rei fm se: uel ab ipsis ꝓprietatibꝰ inq̄ntū ab ipsis fit ipositio nois. Si primū sic ē locus a descriptōe. si secūdū sic est locus a nois interpratōe. diffinitio enī explicat eē rei p eēntialia ꝛ descriptio idē explicat p accētalia ipsiꝰ: ꝛ interpratio explicat ipm p ꝓprietates a quibꝰ nomē imponit̄: ꝛ q̄ꝝ vocat̄ diffinitio q̄d nois.

Quarto sciẽdum q̃ diffinitio dupliciṫ ꝺsideraṫ. Uno mõ q̃ntũ ad eiꝰ ſubſtantiã ꝓut dicit p̃ncipia eẽntialia diffiniti: ⁊ ſic ipſa ẽ mediũ ſillogiſmi demõſtratiui: ⁊ ab ea ſumiṫ locus demõſtratiuꝰ ⁊ nõ ꝺyalecticus. Alio modo ꝺsideraṫ inquantũ ſumiṫ ſub illa intẽtione ſecũda q̃ eſt diffinitio: ⁊ hoc dupliciṫ: qz uel ſumiṫ ꝓ reſpectũ ad p̃dicata q̃ notiozi modo conueniũt diffinito q̃ diffinitioni: ⁊ ſic ab ea ſumiṫ locus ſophiſticꝰ ⁊ arguiṫ ſm fallaciam petitionis p̃ncipii. Alio modo ſumiṫ reſpectu p̃dicatoꝝ q̃ notiozi modo conueniũt diffinitioni q̃ diffinito ⁊ hmodo ab ea ſumiṫ locus ꝺyalecticꝰ: ⁊ hoc modo hic cõſideraṫ. ⁊ ꝓ hoc ꝓ diuiſio ⁊ ſubdiuiſio loci intrinſeci.

Sed contra p̃dicta arguitur p̃imo ſic: a cauſa efficiẽte ſumiṫ locus intrinſecus: ⁊ tñ nõ eſt locꝰ a ſubſtantia ut ꝓ in textu: nec etiã a cõcomitãtibꝰ ſubſtantiam: qz cã efficiens nõ cõcomitaṫ ſuũ effectũ: ſed eſt ſibi extrinſeca: ergo inſufficiẽter diuidiṫ locus intrinſecus in textu. Secundo ſic: arguẽdo a genere ad ſpẽm ſumiṫ argumentũ a ſubſtantia terminoꝝ in qõne poſitoꝝ: ⁊ tñ ibi nõ eſt locus a ſubſtantia: ergo ꝺtra diffinitionẽ loci a ſubſtantia Tertio ſic: illa q̃ cõcomitaṫ ſubſtantiam rei ſunt extra ipam ſubſtantiã: ergo q̃ ſumiṫ argumentũ a cõcomitãtibꝰ ſubſtantiã fit locus extrinſecꝰ et nõ intrinſecus. Quarto ſic: ab eodẽ nõ ſumiṫ locus ꝺyalecticus ⁊ ſophiſticus q̃ int̃ inter ſe opponaṫ. ſz a diffinitione ſumiṫ locus ſophiſticus: ergo ab ipſa nõ ſumiṫ locꝰ ꝺyalecticus: ergo contra diuiſionem loci a ſubſtantia.

Quinto ſic: locus a diffinito ⁊ a deſcripto ſũt loci a ſubſtantia: ⁊ tñ nõ ponũtur in iſta diuiſione loci a ſubſtantia: ergo ipſa eſt inſufficiens.

Ad argumẽta. Ad p̃mũ iſtoꝝ ꝺf q̃ ꝟ cauſa efficiens ſit extrinſeca effectui ſm eſſe: tñ ſm virtutẽ eſt aliquo modo intrinſeca: ⁊ aliquo modo facit vnũ cum ipo: ⁊ ſm illam virutẽ ſe habz ut termin̄ inferẽs reſpectu effectꝰ ⁊ etiã reſpectu illoꝝ duoꝝ p̃dicatoꝝ. ſ. bonũ ⁊ malũ. Ad ſecundũ ꝺicitur q̃ licz genus ſit de ſubſtantia ſpẽi p modũ p̃ncipij: tñ nõ ꝺicit totã ſubſtantiã ſpẽi ꝺuertibiliṫ: ideo arguendo a gnẽ ad ſpẽm nõ arguiṫ a ſubſtantia rei eo modo quo intelligiṫ in diffinitione loci a ſubſtantia. Ad tertium ꝺicitur q̃ licz illa que cõcomitaṫ ſubſtantiã nõ ſint intrinſeca eẽntialiter: tñ bene ſũt intrinſeca ſm aliquẽ modũ eſſendi: ⁊ hoc ſufficit ad locũ intrinſecũ. Ad quartũ ꝺicitur q̃ ab eodẽ vno modo capto nõ ſumiṫ locus ꝺyalecticus ⁊ ſophiſticꝰ: ſed bene ab eodẽ ſumpto ꝺiuerſimode mõ ſic eſt de diffinitõe ut ꝺictũ eſt in q̃rto notabili. Ad quintũ ꝺicitur q̃ licz in iſta diuiſione loci a ſubſtantia nõ ponaṫ explicite locꝰ a diffinito tñ ſubintelligiṫ ꝓ locum a diffinitõe: ⁊ ſili ꝺicereṫ de loco a deſcripto ⁊ ab interp̃tato qz oĩa iſta correlatiue ſe hñt in ordine ad diffinitionẽ deſcriptionẽ ⁊ interp̃tationẽ: ⁊ etiã locus qui ſit a diffinitõe cauſali que ꝺatur ꝓ cauſas efficientes uꝫ finales ſub loco a deſcriptione comprehenditur: quia illa reducũtur ad diffinitionem deſcriptionis.

Diffinitio eſt oratio qd eſt eſſe rei indicans ꝓ eſſentialia. Locus a diffinito eſt habitudo diffinitiõis ad diffinitũ. Et cõtinet quatuoꝝ argumenta ⁊ quatuoꝝ maximas. Primo ſubiciẽdo diffinitionem affirmatiue: ut animal rationale moꝛtale currit: ergo homo currit: Unde locus a diffinitõe. Maxima: Quicqd predicaṫ de diffinitiõe ⁊ de diffinito. Secũdo predicando diffinitionem affirmatiue: ut ſoꝛtes eſt animal ratiõale moꝛtale: ergo ſoꝛtes eſt homo: Unde locus a diffinitione Maxima: De quocũq; predicatur diffinitio ⁊ diffinitũ. Tertio ſubiciendo diffinitionẽ negatiue: ut aial rationale moꝛtale nõ currit: ergo homo nõ currit. Locꝰ a diffinitione. maxima: Quicqd remouetur de diffinitione ⁊ a diffinito. Quarto predicãdo diffinitionẽ negatiue: ut lapis nõ eſt animal rationale moꝛtale: ergo lapis nõ eſt homo. Locus a diffinitõe. maxima: A quocũq; remouetur diffinitõ ⁊ diffinitũ. Locus a diffinito eſt habitudo diffiniti ad diffinitionẽ: Et continet ſimiliter quatuoꝝ argumenta ⁊ quatuoꝝ maximas. Primo ſubiciendo diffinitũ affirmatiue: ut homo currit: ergo animal rationale moꝛtale currit. Locus a diffinito. maxima: Quicquid predicatur de diffinito ⁊ de diffinitione. Secundo ſic predicando affirmatiue: ſoꝛtes eſt homo: ergo ſoꝛtes eſt animal rationale moꝛtale. Locus a diffinito. maxima: De quocunq; predicatur diffinitũ ⁊ diffinitio. Sexto ſubiciendo diffinitum negatiue ſic: homo non currit: ergo animal rationale moꝛtale non currit. Locus a diffinito. maxima: Quicquid remouetur a diffinito ⁊ a diffinitione. Quarto predicando eum negatiue ſic: lapis non eſt homo: ergo lapis non eſt animal rationale moꝛtale. Locus a diffinito. maxima: A quocũ q; remouetur diffinituz ⁊ diffinitio. Et ſciendũ q̃ in omnibus locis denominaṫ locus ab inferẽte ⁊ non ab illato. Unde quando diffinitio eſt inferens: eſt locus a diffinitione. quando autem diffinitum eſt inferens eſt locus a diffinito.

¶ Poſtq̃ autoꝝ p̃miſit diuiſionẽ loci a ſubſtantia: ꝺic cõſequenter determinat de membꝛis eiꝰ: ⁊ p̃mo de loco a diffinitõne: qz eſt pfectioꝝ aliis. ⁊ incipit determinare in ſpãli de ſillogiſmo ꝺyalectico oſtẽdẽdo quõ in ꝑticulari ſortma tur ſm diuerſos locos ſpãles. ⁊ qz locus a diffinitõe ꝑ ponit ipſam diffinitionẽ: qz ꝓ eã diffiniṫ: ideo autoꝝ ꝓius oſtendit quid ſit diffinitio ꝺicẽs q̃ diffinitio eſt oratio indicans quid eſt eſſe rei ꝓ eſſentialia: ⁊ ꝺicit oratio eo q̃ eſt quoddã cõplexũ includẽs diuerſa p̃ncipia diffiniti. ſ. genus ⁊ differentiã. quodquidẽ cõplexũ eſt oꝝ imꝑfecta: ⁊ ſignificat quid eſt eẽ rei: qz explicat p̃ncipia eẽntialia ſpẽi: ex quibꝰ conſtat tota q̃dditas ſpẽi. ſ. genus ⁊ differentia: q̃ ꝺicũt totum eẽ eẽntiale eius a p̃ma potẽtia uſq; ad vltimũ

actū transeūdo p oēs actus inēmedios. Et solū hic diffinit diffinitio ꝑ diffinitiōe quidditatiua que est simplicit diffinitio: z nō ꝑ diffinitione causali que dat ꝑ causas extrinsecas diffiniti: nec ꝑ diffinitiōe descriptiua: nec ꝙd nomis.

Primo sciendū ꝙ locus a diffinitione est habitudo diffinitiōis ad diffinitū: z illa habitudo est habitudo idētitatis z cōuertibilitatis: qz diffinitio dicit idē essentialiter z cōuertibiliter cū diffinito. z inde ꝓuenit ꝙ quicꝙd affirmat vel negat de diffinitiōe: etiam affirmat vel negat de diffinito. econtra de quocūq; verificatur diffinitio vel negat: z etiā diffinitū: z econtra. z continet iste locus quattuor argumenta z quattuor maximas: ꝑmo subijciendo diffinitionē affirmatiue. secūdo ꝑdicando. tertio subijciēdo negatiue. z quarto ꝑdicādo negatiue quoz exempla z maxime satis patēt in textu. z causa illaz maximaz reddit ꝓpt habitudinē diffinitiōis ad diffinitū

Secundo sciendū ꝙ ly diffinitio nō sit eadem essentialit cū diffinito: tñ differt sm rōnē accidentalē ab eo: qz diffinitio dicit ꝓncipia diffiniti que naturaliter ꝑcedūt diffinitū. z capit sub modo pluriū diffinitū vo sequit illa ꝓncipia: z se habet p modū vni⁹ cōpositi ex illis ꝓncipijs. z arguēdo a diffinitiōe ad diffinitū opoꝛtet arguere ab ipsa eo modo quo est eadē z conuenit cū diffinito: z nō ea ꝑte qua differt ab ipso: qz sic nō argueret ab ea inquantū diffinitio est. z similiter arguendū est a diffinito ad diffinitionē: iō nō sequit aīal rōnale est oratio: ergo homo est oratio. qz ibi arguit a diffinitiōe ea ꝑte qua differt a diffinito: z nō inquantuz ipsa est diffinitio: z cōmittit fallacia accidentis. Similit nō sequit homo est diffinitum: ergo animal rationale est diffinituz ꝓpter eandem causam: z similiter diceretur de multis alijs.

Tertio sciendum ꝙ locus a diffinito est habitudo diffiniti ad diffinitionem: z tenet quattuoz modos sicut locus a diffiniti one: ꝑmo subijciendo diffinitum affirmatiue. secūdo ꝑdicando diffinitum affirmatiue tertio subijciēdo diffinitū negatiue. quarto ꝑdicando diffinitū negatiue: quoz modoz exempla z maxime satis patent in textu. Ratio aūt quare locus a diffinito similiter tenet sicut locus a diffinitōe est: qz sicut diffinitio dicit essentialiter z cōuertibiliter idē cū diffinito: ita diffinitū cū diffinitione. z qz ꝓpter illā idētitatē capiunt modi ꝯtuoz arguendi a diffinito ad diffinitionē: sicut etiam capiunt ꝯtuoz modi arguendi a diffinitiōe ad diffinitū eo ꝙ vtrūq; habet ad aliud simile habitudinē.

Quarto sciendū ꝙ locus semp denominat a termino inferente z nō a termino illato. Cui⁹ rō est: qz locus est habitudo confirmatiua argumenti p quā accipit ꝓbatio cōsequentis z termini illati. ſz illa habitudo cōfirmatiua argumenti z virtus ꝓbatiua ipsi⁹ consequentis est in ipso termino inferēte. ſ. in medio z nō in termino illato: ideo locus semp denominat a termino inferēte z nō a termino illato z ꝓpter hoc qñ in antecedēte ponit diffinitio dicit locus a diffinitione: z qñ ponit diffinitū dicit locus a diffinito. tñ locus nō denominat a termino inferēte materialiter accepto ſz a termino accepto formaliter. ſ. sub illa intentione z rōne qz est terminus inferens: ideo cū dicitur ſoz. est homo igit ſortes est animal ꝯ quus homo sit quoddam diffinitum: tamen non dicit ibi esse locus a diffinito vel ab hoīe: qz homo nō est terminus inferens sub ratione diffiniti siue hois ſz sub ratione speciei: ideo dicit locus a specie: z ꝙ hoc patent loci a diffinitione z a diffinito.

Contra predicta arguit ꝓmo sic: vnum ꝙq; capit denomīationem a suo vltimo actu: ſz differentia est vltimus actus diffinitionis: z ab ipsa diffinitio redditur cōuertibilis cū diffinito: ergo differētia cū ꝑdicet in quale tota diffinitio debet ꝑdicare in ql̄e: z sic diffinitio nō significat ꝙd est eē rei

Secundo sic: arguendo sic: aīal rationale currit ḡ homo currit est petitio ꝑdcipij: ergo ibi inconuenienter arguit a diffinitione ad diffinitū nec ille tenet subijciendo affirmatiue diffinitionē. Tertio sic: hec est demonstratio homo est aīal rōnale: ergo homo est risibilis: ergo ꝑdicando diffinitionē affirmatiue de diffinito nō est locus dialectic⁹ sed demonstratiuus. Quarto sic: eadē est habitudo mediās inter diffinitionē z diffinitū z econtra sicut eadem est via de sursum ad deoꝛsuz z econtra: ergo cū locus sit habitudo termini ad terminū sequit ꝙ locus a diffinitione z a diffinito non distinguit. Quinto sic: vnūq; ꝯtuz capit denominationē a fine ut habet in ſecūdo de anima: ſz termin⁹ illatus in loco se habet p modum finis: ergo denominatio loci debet fieri ab ipso z nō a termino inferente.

Ad argumenta. Ad primū di citur ꝙ licz differentia ꝑdicet in ql̄e nō tñ diffinitio: z ratio est: qz solū illud ꝑdicat in quale qđ dicit actum qualificantē z determinantē potentiā ꝓceden tem ipsum: sicut differētia qualificat genus qđ determiat ſz diffinitio cum dicat totū esse speciei a ꝓma potentia vsq; ad vltimū actū nō ꝓsupponit aliquā potentiā quā qualificet: ideo nō ꝑdicat in quale: nec differētia est ꝓpte vltim⁹ actus diffinitionis: ſz esse aggregatū ex genere z differētia ideo. Ad secundū dicit ꝙ si in illo argumento cōsequēs sit notius respondenti ꝙ̄ añs: tūc ibi est petitio ꝓncipij: hoc est si illud ꝑdicatum currit notius dicat de diffinito ꝙ̄ de diffinitione in ordine ad ipsum sed si econtra in ordine ad respondentē añs sit notius consequente ibi est bonus loc⁹ dialecticus: qz ad locū dialecticū nō opoꝛtet semp ꝓcedere a notioꝛib⁹ simplicit: ſz a notioꝛib⁹ respectu respondētis z in eodē argumento respectu diuersoꝛ respondentiū potest esse locus dialectic⁹ z petitio ꝓncipij ſm ꝙ vni antecedēs erit notius z ꝛsequens alteri. Ad tertiū dicit ꝙ si in illa argumentatione ostendat cōclusio ꝓpter habitudinē ipsorū ꝓncipioꝛ hois aīal rōnale ad illam passionē que est risibile ibi est bona demonstratio z ostēdit ꝓpria passio subiecti p ꝓpria ꝓncipia eius: sed si ostendat illa conclusio virtute habitudinis diffinitionis ad diffinitum. ſ. inquantuz aīal rationale est diffinitio istius diffiniti qđ est homo z ut illa habitudo fundat in illa intentione cōi que est diffinitio ibi est locus dialecticus. Ad quartū dicit ꝙ licet a diffinitione ad diffinitū z econtra sit eadem habitudo materialiter: est tñ differens formaliter inquantuz virtus ꝓbatiua sumit a diffinitiōe vel a diffinito. Ad quintū dicit ꝙ licet in his que dicūt causalitatem terminis semp a fine fiet denoīatio: nō tñ in bis que dicūt causalitatē efficiētis ſz ibi simit denoīatio ab efficiente: modo locus dicit causalitatē efficientis z illud efficiens est termin⁹ inferens: iō habet denoīari a termino inferente z nō a termino illato.

Descriptio est oratio esse rei significās p accidētalia: ut aīal risibile ē descriptio hois. uel sic: Descriptio est oratio cōstās ex genere z ꝓpꝛio: ut aīal risibile. Locus a descriptione est habitudo descriptiōis ad descriptū. Et cōtinet quattuoz argumenta z quattuoz maximas sicut locus a diffinitiōe. z formen arguméta z maxime hic sicut ibi nisi ꝙ ibi ponitur diffinitio z diffinitū: hic aūt descriptio z descriptum ponitur.

¶ Postq̄ autoꝛ determinauit de loco a diffinitōe z diffinito: hic cōsequēter determinat de loco a descriptiōe z descripto: ꝑmo diffinit descriptionē: cui⁹ cognitio requirit ad cognitionē loci a descriptiōe dicens: Descriptio est oro

significās q̄d est esse rei p accidētalia. ⁊ dr̄ oratio q⁹ descr̄ ptio cōponit ex plurib⁹ quoꝝ vnū cōtrahit aliud: ⁊ est q̄dam cōplexū: ut aīal risibile. ⁊ ponit hic oratio loco generis. deinde ponit significās q̄d est esse rei p accidentalia: ad differentiā diffinitiōis q̄ significat esse rei p essentialia. Et rō hui⁹ assignari pōt: q⁹ illud q̄ō significat esse rei p ea q̄ cōsequunt ens in specie cōpletū explicat ipsū p accidētalia cū oia cōsequentia esse rei in specie cōpletū sint accidentalia. ſz descriptio explicat esse rei p illa que consequunt ens in specie completū: iō explicat ipsū esse p accidentalia.

Primo sciendū q⁹ duplicia sūt accidentia: Quedā sūt cōia q̄ cōsequunt principia indimidui. Alia sūt ꝓpria q̄ fluūt a p̄ncipijs spēi. Descriptio aūt habet dari p accidentia ꝓpria ⁊ nō cōia nisi inquantū plura accidentia cōia capiunt loco vni⁹ ꝓprij fm q⁹ vltimuz illoꝝ rei stringit alterū: ⁊ p hoc faciūt vnū cōuertibile cū descripto. verbi gra: grestibile bipes sūt ambo accidentia cōia respectu hois: ⁊ tñ hoc aggregatū grestibile bipes est vnū cōuertibile cum hoīe eo q⁹ vnū cōtrahit aliud: ⁊ ecōtra. ⁊ iō illud aggregatū eq̄pollet vni accidēti ꝓprio cuius sint ibi plura accidētia cōia. Et dz sic intelligi diffinitio: descriptio ē oro significās esse rei p accidētalia: hoc est p accidētia ꝓpria vl cōia appropriata. Et melⁱ dicit p accidentalia q̄ p accidētia: q⁹ q̄libz descriptio dat̄ p inferioza alicuius superioris: ⁊ q̄libz p modos essendi subiecti. ⁊ ista nō sūt vera accidētia ſz bñ dicunt accidentalia: q⁹ habēt modū accidentiū.

Secūdo sciendū q⁹ aliter sic diffinit descriptio: Descriptio est oratio ostans ex genere ⁊ ꝓprio: ut aīal risibile est descriptio hois ⁊ includit gen⁹ ⁊ ꝓpriū ei⁹ aliter tñ ponit gen⁹ in diffinitiōe ⁊ descriptione: q⁹ gen⁹ consideratū ut est p̄ncipiū formale ⁊ essentiale spēi ponit in diffinitiōe q̄dditatiua: ſz ut est p̄ncipiū effectiuuz ꝓprij q̄ō causat effective a genere ⁊ differētia ponit in descriptione. Uñ descriptio duplicit capit. vno mō generaliter p quacūq; oratiōe q̄ explicat esse rei p accidentalia siue sint ꝓpria siue appropriata: siue sint cause extrinsece ex quibus fit diffinitio causal: ⁊ sic capit descriptio in p̄ma diffinitiōe. Alio mō capit spāliter solū p illa oratiōe q̄ fit ex genere ⁊ ꝓprio accidēte: ⁊ hoc mō capit descriptio i hac diffinitiōe ei⁹: iō be diffinitōes diuersimode dāt de descr̄iōe

Tertio sciendū q⁹ descriptio causat locū a substantia: q⁹ dicit idez realit̄ ⁊ cōuertibilit̄ cū descripto. ⁊ quicqd verificat de vno: verifīcat etiā de alio: ⁊ de quocūq; verificat descriptio ⁊ descriptū: ⁊ ecōtra ꝓpter cōuertibilitatē eoꝝ ad inuicē. ⁊ liz descriptio explicet esse rei p accidentalia q̄ cōcomitant̄ substantiā rei: tñ ipsa accipit ⁊ supponit p eodē in substantia cū suo descripto: ut dicendo animal risibile currit: ergo homo currit. ibi animal risibile supponit p eisdem suppositis ⁊ p eodez in substantia sicut homo: iō facit locū a substātia.

Quarto sciendū q⁹ locus a descriptiōe est habitudo descriptiōis ad descriptū: q̄ quidē habitudo est habitudo cōuertibiliū ad inuicem: ⁊ ꝓtinet quattuor argumēta ⁊ q̄ttuor maximas. Primo subiiciēdo affirmatiue descriptionem. Secūdo p̄dicando eā affirmatiue. Tertio subiiciēdo negatiue. Quarto p̄dicando negatiue. Exempla ⁊ maxime eodez mō hic accipiunt sicut in loco a diffinitiōe mutādo solū diffinitionē in descriptionē ⁊ capiendo descriptū loco diffiniti. ſz locus a descripto ē habitudo descripti ad descriptionē. ⁊ hz q̄ttuor argumēta ⁊ q̄ttuor maximas ut pcedens. ſ. subiiciēdo affirmatiue ⁊ p̄dicādo affirmatiue ⁊ subiiciendo ⁊ p̄dicādo negatiue: ⁊ eodez modo formando argumenta ⁊ maximas sicut in loco a diffinito: ⁊ sic pz de loco

Cōtra predicta a descriptiōe ⁊ descpto. arguit primo sic: si descriptio diffiniat̄ hoc erit p aliā descriptionē cū ipsa ñ habeat diffinitionē q̄dditatiuā cū sit quoddā cōplexū ⁊ iterū illa descriptio p quā describeret̄ haberet aliā descriptionē eadem rōne ⁊ sic esset ꝓcessus in infinitū qō est inconueniēs: ergo descriptio nō pōt diffiniri. Secundo sic: qō significat accidētia rei: non significat esse rei: ſz descriptio significat accidētia rei: q⁹ dat̄ solū p accidentalia: g̃ nō significat esse rei. Tertio sic: oīs descriptio debet dari p accidētalia spēi. ſz genus ⁊ ꝓpriū ambo sūt essentialia spēi: q⁹ gen⁹ est de essentia ei⁹ ⁊ ꝓpriū imediate cōsequit ei⁹ essentiā: g̃ nulla descriptio dat̄ p gen⁹ ⁊ ꝓpriū. Quarto sic: dicendo hō est aīal risibile: ergo hō nō est lapis. ibi est habitudo descriptiōis ad descriptū ⁊ ecōtra: ⁊ tñ ibi nō ē locus a descriptione nec a descripto: sed a dispatis: g̃ contra diffinitiōes illoꝝ locoꝝ. Quinto sic: non sequit aīal risibile cōponit ex genere ⁊ ꝓprio: g̃ hō cōponit ex genere ⁊ ꝓprio: ⁊ tñ ibi arguit a descriptiōe ad descriptū subiiciēdo descriptionez affirmatiue: g̃ iste locus a descriptione nō est bonus.

Ad argumēta. Ad p̄mū dicit q⁹ descriptio accepta sub intentione incōplexa diffinit p aliā descriptionē: ⁊ illa descriptio nō habz vlteri⁹ diffiniri p aliā eo q⁹ est quoddā complexū cum hoc q⁹ talis descriptio est pticularis. mō pticulariū nō est diffinitio nec descriptio: iō nō oportet ꝓcedere in infinitum in descriptionib⁹. Ad secūdū dicit q⁹ licz descriptio q̄ dat̄ solū p accidentalia de suo formali significato: tñ significet accidētia rei tñ de suo māli significato ꝓportat esse essentiale rei qō p illa accidētia explicat a posteriori ⁊ etiā suppon it p essentia rei. Ad tertiū dicit q⁹ licz gen⁹ ⁊ ꝓpriū sint essentialia spēi inquantū respiciūt essentiaz ei⁹: tñ pūt dici accidētalia inquantū gen⁹ est causa effectiua ꝓprij ⁊ ꝓpriū cōsequit totū esse completū speciei: q⁹ etiā gen⁹ ⁊ differentia nō causant ipsū ꝓpriū nisi post esse completū spēi: ideo gen⁹ aliquo mō ꝓsequit esse spēi inquantū est causa ꝓprij.

Ad quartū dicit q⁹ ſz in illo argumento sit habitudo descriptionis ⁊ descripti int̄ terminos antecedētis nō tamen int̄ terminū inferentē ⁊ terminū illatū: q⁹ aīal risibile ē ibi termin⁹ inferens cū sit mediuz: ⁊ lapis est termin⁹ illatus ⁊ inter ipsos nō est habitudo descriptiōis ad descriptuz nec econtra. Ad quintū dicit q⁹ ibi nō arguit a descriptiōe ea pte qua conuenit cū descripto: ſz ea pte qua differt ab ipso ideo ibi cōmittit fallacia accidentis nec bene arguit p locum a descriptione.

Interp̄tatio est duplex: Quedā enim est q̄ nō conuertit cū interp̄tato suo: ut ledens pedē est interp̄tatio hui⁹ nois lapis Alia aūt q̄ cōuertit cū interp̄tato suo: ut amatoꝝ sapiētie est interp̄tatio hui⁹ nois phūs: ⁊ hoc mō sumit hic ⁊ diffinit sic: Interp̄tatio est expositio uni⁹ nois min⁹ noti p aliud nomen magis notū. Locus a nois interp̄tatōe est habitudo interpretationis ad interp̄tatū. Et ꝓtinet tot argumenta ⁊ tot maxias sicut locus a diffinitiōe: ut amatoꝝ sapie currit ergo phūs currit. Locus a nois interp̄tatiōe. maxima: Quicqd p̄dicat̄ de interp̄tatiōe ⁊ de interp̄tato: ⁊ si a pte p̄dicati: ut soꝛtes est amatoꝝ sapie: ergo soꝛtes est phūs. maxima: De quocūq; p̄dicat̄ interp̄tatio ⁊ interpretatū. negatiue sic: Amatoꝝ sapientie nō inuidet: ergo phūs nō inuidet. locus

a nois interp̃tatiõe. Maxima: Quicqd remouet a nois interp̃tatiõe ⁊ a nois interpretato. ⁊ similiť in p̃dicato. Maxia: A quocũqz remouet interp̃tatio ⁊ interpretatũ. Et nota q̃ tot argumẽta sumũtur ab interp̃tato quot ab interpretatione sicut in diffinito ⁊ descripto similiť sicut dictum est.

¶ Postq̃ autor determiauit de loco a descriptiõe ad descriptũ: ⁊ econtra: hic consequenter determinat de loco ab interpretatiõe ad interp̃tatũ: p̃mo distinguẽdo modos interpretatiõis: q̃ quedã est interp̃tatio nõ conuertibilis cum interp̃tato: ⁊ hec est duplex: q̃ quedã est in plus ⁊ excedit interp̃tatũ: ut ledens pedẽ est interp̃tatio lapidis: ⁊ de pluribus verificať q̃z lapis. Alia est excessa ab interp̃tato q̃ de paucioribꝰ verificať q̃z interp̃tatũ: sicut pfectũ ⁊ pfecte factũ nã pfectũ dicit de deo ⁊ creaturis. Sz pfecte factũ solũ dicit de creaturis. Alia est interp̃tatio cõuertibilis cũ interp̃tato: ut amator sapiẽtie est interp̃tatio huiꝰ nominis philosophus: ⁊ cõuertiť cũ ipso. dicit enĩ philosophus a philos q̃ est amor: ⁊ sophos sapientia: quasi amator sapiẽtie.

Primo sciendũ q̃ ab interp̃tatione nõ cõuertibili nõ sumit locus a substantia: eo q̃ nõ dicit idẽ cõuertibiliť cũ interp̃tato: q̃ tñ requiriť in loco a substantia: sz ab ea sumit locus sophistiꝰ si sit cõmunior ipso interp̃tato. sz ab interp̃tatiõe cõuertibili ad interp̃tatuz tñ sumit locus dialecticꝰ qui est locus a substãtia: q̃ talis interp̃tatio dicit idẽ cõuertibiliť ⁊ realiť cũ suo interp̃tato: ⁊ de ipsa solũ est hic ad ꝓpositũ: ⁊ diffiniť sic: Interp̃tatio ẽ expositio vniꝰ noīs minꝰ noti p aliud nomẽ magis notũ.

Secũdo sciendũz q̃ etymologia translatio ⁊ interp̃tatio sic inter se differunt: q̃ etymologia est expositio vniꝰ dictionis p alias dictiões eiusdem idiomatis: ut dicit sol quasi sup̃ oĩa lucẽs. ⁊ luna dicit q̃si luce nitẽs aliena. Sz translatio ẽ mutatio sermõis de vno idiomate in aliud: ut cum mutať grecũ in latinũ: ut kyrios grece est dñs latine. Sz interp̃tatio est q̃si vna dictio exponiť p alias dictiones eiusdez idiomatis vel diuersoꝝ ⁊ sic interp̃tatio est superius ad etymologiã ⁊ distinguiť cõtra translationẽ in qua nõ est expositio nominis sed mutatio sermonis in sermonẽ extrinsecuz: ideo ab ipsa sumit locus extrinsecus. sz in alijs sumit locus intrinsecus qui generaliter dicit locus ab interp̃tatione ad interpretatũ.

Tertio sciendũ q̃ locus ab interp̃tatiõe est habitudo interp̃tatiõis ad interp̃tatũ. ⁊ tenet quatuor modos sicut p̃cedentes. Primo subijciendo interp̃tationẽ affirmatiue. Secundo p̃icando affirmatiue. Tertio subijciẽdo negatiue. Quarto p̃dicãdo negatiue. ⁊ formantur argumenta ⁊ maxime sicut in p̃cedẽtibus. Sz locus ab interp̃tato est habitudo interp̃tati ad interpretationẽ. ⁊ tenet etiã quadrupliciť sicut locus ab interp̃tatiõe. Ratio ẽ: q̃ interpretatio ⁊ interp̃tatũ inter se cõuertunť: iõ vtriusq̃ ad alterũ habitudo eodẽ modo tenet ⁊ possunt eodem modo formari argumenta ⁊ maxime sicut in p̃cedentibus.

Quarto sciendũ q̃ p̃ter istos locos a substantia pr̃ꝰpositos sũt adhuc alij plures loci minus p̃incipales reducibiles ad p̃dictos. s. locus a synonimo ad synonimũ: ut tullius currit: ḡ marcus currit. Et a differentia magis ꝑpria ad speciẽ: ut rõnale currit: ergo hõ currit. vel econtra locus a specie ad differentiã. Et locus a p̃po ad speciẽ ⁊ ecõtra: ut risibile est aĩal: ergo hõ est aĩal. Et locus ab exponentibꝰ ad expositũ vel econtra: ut hõ currit ⁊ nihil aliud ab hoīe currit: ergo tñ hõ currit. Vñ locus a synonimo ad synonimũ ⁊ a differentia ad speciẽ ⁊ ecõtra reducunť ad locũ a diffinitiõe vel a diffinito: q̃ ibi terminꝰ inferens idẽ dicit essentialiť ⁊ cõuertibiliter cum termino illato ⁊ inde sumit virtus ꝓbatiua in loco a diffinitiõe vl̃ a diffinito. Sz locus a ꝑpio ad speciẽ reducit ad locum a descriptõe eo q̃ ꝑpriũ se habet tanq̃z vltima differentia in descriptiõe. Et locus a specie ad ꝑpriũ reducit ad locũ a descripto. Sz locus ab exponentibꝰ ad expositũ reducit ad locũ ab interp̃tatiõe. vnde generaliter in oĩ loco a substantia terminus inferens ⁊ terminꝰ illatus conuertunť inter se: ⁊ ꝓpter illã cõuertibilitatẽ sumunť oẽs loci ⁊ maxime a substantia. Et posset poni vnus locus generalis. s. locus a conuertibilibꝰ in quo continenť generaliter oẽs loci a substantia. ⁊ posset argui q̃ttuor modis p illũ locũ ⁊ ettã possũt formari q̃ttuor maxime. Prima est quicq̃d verificať de vno cõuertibiliũ verificať de reliquo. Secunda est de quocũq̃z verificať vnum conuertibiliũ ⁊ reliquũ. Tertia est quicq̃d negatur de vno conuertibiliũ negatur de alio. Quarta est de quocunq̃z negatur vnum cõuertibilium ⁊ aliud.

Sed contra p̃dicta arguiť p̃mo sic: sicut se habet diffinitio ad diffinitũ: ita se habet interp̃tatio ad interp̃tatũ: sz oĩs diffinitio est cõuertibilis cũ diffinito ergo oĩs interp̃tatio est cõuertibilis cum interp̃tato. Secũdo sic: bene sequiť aer nõ est ledens pedem: ergo nõ est lapis: ergo ab interp̃tatione nõ cõuertibili sumiť locus dialecticus ⁊ econtra sequiť: hoc corpus est lapis: ergo est ledẽs pedẽ: ergo. Tertio sic dicendo: intelligere est intus legere: est interp̃tatio: ⁊ tñ ibi nõ est expositio vniꝰ noīs sz verbi quodãmodo: ergo cõtra diffinitionẽ interpretationis. Quarto sic: in diffinitiõe est expositio vniꝰ vocabuli p aliud vel p plura: ⁊ tñ diffinitio nõ est interpretatio: ḡ ista diffinitio cõuenit alijs a diffinito. Quinto sic: nõ sequiť: rusticus ẽ amator sapie: ergo rusticus est phus: ⁊ tñ arguiť ab interp̃tatione ad interp̃tatũ p̃dicãdo affirmatiue interp̃tationẽ: ergo iste locus nõ tenet.

Ad argumẽta. Ad primũ dicit q̃ sicut diffinitio explicat diffinitum: ita interp̃tatio explicat interp̃tatũ: sz tñ interp̃tatio que est diffinitio q̃d noīs nõ semp sumiť a ꝑprietate conuertibili cũ interp̃tato sicut diffinitio semp sumiť a differentia conuertibili cũ specie: iõ nõ oportet q̃ oĩs interp̃tatio sit cõuertibilis: sicut q̃libz diffinitio. est enĩ aliquo mõ file ⁊ aliquo mõ dissimile. Ad secũdũ dicit q̃ bñ sequiť: aer nõ est ledens pedẽ: ḡ aer nõ est lapis: sz nõ p locũ a substantia: sz arguendo a supiori ad inferiꝰ negatiue. ⁊ si argueret affirmatiue esset fallacia cõsequẽtis. Vñ q̃ interp̃tatio excedit interp̃tũ ipsa se habet ut genꝰ: ⁊ interp̃tatũ ut spẽs. q̃ econtra interp̃tatio excedit ipsa se habet ut spẽs: ⁊ interp̃tatuz ut genus. ⁊ sic ibi pñt formari loci a genere ad spẽm ⁊ econtra. Ad tertiũ dicit q̃ si capiať nomen specialiť ut est dictio significãs p modũ pmanẽtis: ibi nõ est expositio noīs sz si capiať generaliť ut est nota mentis sicut capiť in pñti diffinitiõe sic ibi est expositio noīs: q̃ verbũ sub noīe hoc mõ accepto cõtineť. Ad quartũ dicit q̃ sz diffinitio exsequẽti dicat expositionẽ noīs diffiniti: nõ tñ p̃mo ⁊ p se. ipsa enĩ p̃mo explicat esse rei significate p nomen: ⁊ ex hñti explicat nomẽ q̃tũ ad significationẽ. ecõtra vo interp̃tatio p̃mo explicat nomẽ: ⁊ ex hñti significationẽ: ⁊ p eodez supponit cũ interp̃tato. Ad quintũ dr̃ q̃ sz rusticus appetat vel desideret sapientiã: non tñ amat ipsã. Est enĩ desiderũ appetitus rei absentis ⁊ nõdũ habite: sz amor ẽ delectatio appetitꝰ rõne rei iã habite: sz rusticꝰ carens scia non hz talẽ delectationẽ: q̃re nõ est amator sapie. Et h̃ de locis a subã.

Sequiť de loco a cõcomitantibꝰ substantiã: qui est q̃n sumiť argumentuz ab eis que consequunť terminos positos in questione. Et diuidiť sic: q̃ alius est a to

to. alius est a pte. alius a cā. alius ab effe ctu. alius a generatiõe. alius a corruptio ne. alius ab usibus. alius a cõiter acciden tibus. Locus a toto diuidit sicut totus. Est eni quoddā totum uniuersale. aliud integrale. aliud in quātitate. aliud in mo\ do. aliud in loco. aliud in tpe. ⁊ similit di uidit locus a toto: qz alius est a toto uni/ uersali. alius a toto itegrali: ⁊ sic de alijs Totū uniuersale est ut hic sumit est supe rius ⁊ substātiale: ut aial ps subiectiua ē que est inferius sub uniuersali: ut hõ. Lo cus a toto uniuersali siue a genere est ha bitudo ipsius ad suā ptē siue ad suā spēm ⁊ est semp destructiu⁹: ut lapis nõ ē aial: ergo lapis nõ est homo. Locus a genere Maxima: Remoto genere siue toto uni uersali remouet spēs siue ps subiectiua. Locus a spē siue a pte subiectiua est ha/ bitudo ipsius ad suū genus siue ad suum totū. ⁊ est semp cõstructiuus. Et cõtinet duo argu mēta. ꝓmo subijciēdo spēm: ut hõ currit: ergo aial currit. Locus a spe/ cie siue a pte subiectiua. Maxima: Quic qd ꝑdicat de spē ⁊ de genere: sortes ē hõ: ergo sor. est aial. Vñ loc⁹ a spē. maxima: De quocūqz ꝑdicat spēs ⁊ genus.

¶ Postq̄ determinatū est de loco a substantia: hic conse quēter auto: determinat de locis a cōcomitantib⁹ substan stantiā. Vñ locus a cōcomitantib⁹ substantiā est qñ sumi/ tur argumentū ab his q̄ cōsequunt terminos in qõne po/ sitos. Ponit aūt octo spēs siue modos ei⁹: q̄ sūt locus a to/ to: locus a pte: locus a causa: ab effectu: a generatiõe: a cor/ ruptione: ab vsib⁹: ⁊ locus a cõiter accidentib⁹. ⁊ hoz loco rū ois ⁊ diffinitiões inferius satis patebūt. ⁊ int oēs istos locos auto: pri⁹ determinat de loco a toto ⁊ de loco a pte quodāmo diuīctim: qz vn⁹ cognoscit p aliū: ⁊ qz nō valem⁹ bñ cognoscere locū a toto i speciali nisi cognoscerem⁹ ipsa tota: iō determinando de quolibet loco a toto ⁊ a parte in speciali ponit diffinitiones cuiuslibet toti⁹ ⁊ partis.

Primo sciendū q̄ totū diuidit p totū vle: integra/ le: in quātitate: in modo: in loco: ⁊ totus in pte: quoz suffi:ciētia sic habet: qz oē totū cōtinet sub se ali/ quas ptes: vel ergo cōtinet eas in potētia tñ vel in actu. si ꝓmū hoc est dupliciter: vel dicit totā essentiā sue ptis vel tñ ptem illi⁹ essentie. si ꝓmū sic est totū vle. Si secūdū sic est to tum i modo. Si vo cōtinet suas ptes in actu hoc est dupli citer: vel tale sumit p modū vni⁹ indiuisi ⁊ sic est totū inte/ grale: vel p modū vni⁹ diuisi ⁊ multiplicati p sua inferiora ⁊ hoc dupliciter: qz vel ipoztat noialiter ⁊ sic est totū in quā titate. vel aduerbialiter ⁊ hoc dupliciter: qz vel habet ptes in successiõe ⁊ sic est totū in tpe. vel in ꝓmanētia ⁊ sic est totū in loco. Et qz totū ⁊ ps opponunt relatiue: iō tot sūt modi ptis quot sūt modi toti⁹: ⁊ etiā qz locus a toto ⁊ a pte mul/ tiplicant ꝑm diuisionē totius ⁊ ptis: iō sūt sex loci a toto ⁊ sex a pte inē quos auto: pri⁹ determinat de loco a toto vli. rōne cuius ꝓmo ponit diffinitionem totius vniuersalis.

Secūdo sciendū q̄ totus vniuersale est superius essentiale alicui⁹ inferioris: ⁊ non capit hic supius solū ꝑ genere ⁊ inferius ꝑ specie que ordinant ꝑm supius ⁊ inferius in recta linea ꝓdicamentali: ꝫ capit generaliē supius ꝑ quocūqz magis cōmuni qō ꝑdicat ꝑ modum generis de plurib⁹ inferioribus siue illud superius sit ens reale siue rationis siue sit vniuocū siue analogum. Et dicit tale superius totū eo q̄ in suo ambitu cōtinet sua in/ ferioza tanq̄ ptes. ⁊ dicit vniuersale eo q̄ est vnū in mul/ tis. Sz pars subiectiua est inferius alicui⁹ supioris sicut est species respectu generis: ⁊ individuū respectu speciei: ⁊ ge neraliter omne minus cōe respectu magis cōmunis qō de ipso essentialiter ꝑdicat. Et dicit pars subiectiua quia po nitur sub suo toto in ordine subiectionis ⁊ ꝓdicationis.

Tertio sciendū q̄ locus a toto vniuersali est habi/ tudo totius ad suā ptem subiectiuā ⁊ nō te/ net iste locus cōstructiue. i. affirmatiue. cui⁹ ratio est: quia totū vniuersale cōmuni⁹ est sua pte subiectiua: iō nō opoz/ tet q̄ si aliquid verificet de eo ꝑm q̄ est in vna parte ei⁹ q̄ ꝓpter hoc verificet de ipso ꝑm q̄ est in alijs partibus. nec oportet si ipsum verificet de aliquo q̄ de ipso verificet sua pars subiectiua: ut nō sequit: asinus est aial: ergo asinus ē homo: qz si de aliquo verificat genus non oportet de ipso quālibet speciez ei⁹ verificari: ideo nō tenet iste locus cō/ structiue: ꝫ bene tenet destructiue. i. negatiue ꝓdicando to tum vniuersale: ut bene sequit: lapis nō est animal: ergo la pis nō est homo. Maxima est: a quocūqz remouet totum vniuersale ⁊ quelibet eius pars. Et ratio hui⁹ est: qz totum vniuersale est cōmuni⁹ sua pte subiectiua: ⁊ ꝓsupponit in q̄libet ei⁹ pte: ergo ipso remoto remouent oēs ei⁹ ptes.

Quarto sciendum q̄ locus a pte subiectiua siue a specie est habitudo eius ad suū totum ⁊ nō tenet iste locus negatiue: qz ad negationem speciei siue minus cōis nō sequit negatio generis siue magis cōis: qz specie destructa genus pōt remanere in alijs specieb⁹. Sz tenet affirmatiue duob⁹ modis. Primo modo subijciēdo speciē: ut homo currit: ergo aial currit. Vñ locus a spē vel a pte subiectiua ad genus siue ad suū totū. Maxima: quic quid ꝑdicat de spē ⁊ de genere. Secūdo ꝓdicādo eā affir/ matiue: ut sortes est hõ: ergo sortes est aial. Maxima: De quocūqz ꝑdicat species ⁊ suū genus. Et hui⁹ ratio est: quia genus siue superi⁹ essentiale actu ⁊ intellectu cōtinet i suo inferiori: iō quicqd ꝑdicat de iferiori verificat de supiori ⁊ de quocūqz verificat inferi⁹ ⁊ etiā superi⁹ actualiē in eo cōtentū. ⁊ p hoc patēt loci a toto vli ⁊ a sua pte subiectiua.

Contra predicta arguitur ꝓmo sic: supe/ rius essentiale est pars sui inferioris sicut gen⁹ est ps speciei: ergo tale superi⁹ non est totū vle: ⁊ sic male diffinit totū vle. Secundo arguit sic: quicqd ꝑdicat de supiori ꝑdicat de ei⁹ inferiori ut patz p ꝓmā regulā antepredicamentalē. s. qñ alterū de altero ꝓ/ dicat: ergo arguēdo a supiori ad inferi⁹ bñ tenet locus con structiue. Tertio sic: nō sequit aial nō currit: ergo hõ nō currit: qz quiescente asino ⁊ hoīe currente añs erit verus ⁊ cōsequens falsus ⁊ tñ arguit de genere ad speciē negatiue: ergo ille locus nō tenet destructiue. Quarto sic: bene se/ quit hõ nō est albus: ergo aial nō est albus: qz ex oppositō cōtradictorio cōsequens sequit oppositū antecedentis: ut oē aial est albū: ergo ois homo est albus: ⁊ tñ ibi arguit a pte subiectiua ad suū totū destructiue: ergo iste locus tenet destructiue. Quinto sic: nō sequit sortes incipit currere ergo sortes incipit moueri: ⁊ tñ arguit a specie ad gen⁹ cō/ structiue: ergo locus a specie ad gen⁹ nō tenet affirmatiue.

Ad argumenta. Ad primum dicit q̄ superius essentiale acceptū ut contractum est p suam differentiā ad sua inferiora bene ē pars essentialis ipsoz: ꝫ ipsum acceptū in tota sua cōmuni/

tate excedit qlibet suoꝝ inferiorũ ⁊ est totum vniuersale ipsoꝝ. Ad secundũ dicit ꝙ in p̃dicationib⁹ essentialib⁹ ⁊ p se quicq̃d dicit de supiori: dicit etiaz de eius inferiori p̃ p̃dictam regulam: sz in p̃dicatis accidentalibus hoc non oportet ꝓpter causam ꝓius dictã: ideo locus a genere nõ tenet in omnib⁹ cõstructiue: ⁊ si in aliquib⁹ teneat hoc non est gratia habitudinis generis ad speciẽ: sz virtute alteri⁹ habitudinis. ſ. generis ad illud p̃dicatum quod sibi essentialiter cõuenit: ⁊ ideo p̃dicat de suis inferioꝛib⁹ in quib⁹ superius actualiter continet. Ad tertium dicit ꝙ ibi nõ arguit destructiue a toto vniuersali eo ꝙ negatio nõ negat aĩal: sz negat illud p̃dicatum currit de aĩali ꝓticulariter accepto: iõ ibi nõ arguit negatiue sz affirmatiue nec valet cõ sequentia. Ad quartũ dicit ꝙ ibi arguit affirmatiue ⁊ nõ negatiue: qz ibi nõ negat homo sz album de boue: ideo ibi nõ est bona cõsequentia a specie ad genus negatiue.

Ad quintũ dicit ꝙ ibi arguit a specie ad genus negatiue eo ꝙ incipit importat negationẽ ut patet in expositiõe eius: tantũ enĩ valet sortes incipit currere sicut sortes nunc nõ currit ⁊ imediate post hoc curret.

Totum integrale est qõ est compositũ ex ꝓtibus habentibus quantitatez: ⁊ ps eius dicit pars integrale. locus a toto integrali est habitudo ipsius ad suã partez ⁊ est semp constructiuus: ut domus est: ergo paries est. Locus a toto integrali. maxima: Posito toto integrali ponit q̃libet eius pars. locus a parte integrali ẽ habitudo ipsius ad suuz totum. ⁊ est destructiuus: ut paries nõ est: ergo domus nõ est. locus a parte integrali. maxima: Parte destructa integrali destruit ⁊ suũ totum.

¶ Postq̃ autoꝛ determinauit de loco a toto vniuersali: ꝺ consequẽter determinat de loco a toto integrali ipsum primo sic diffiniens: Totũ integrale est qõ est composituz ex partib⁹ quantitatẽ habentib⁹. In qua diffinitione subintelligit ens loco generis. ⁊ ponit est compositum ad differentiã partiũ simpliciuz. ⁊ ponit ex partib⁹ quantitatẽ habentib⁹ ad differentiã totius vniuersalis ⁊ totius potestatiui ⁊ aliorꝝ totorꝝ quorꝝ nullum componit sub tali rõne ex partib⁹ quantitatẽ habentib⁹. Unde in hoc differũt totuz vniuersale ⁊ totũ integrale ⁊ totũ potestatiuũ: qz vniuersale est ſm totam essentiã in qualibet eius ꝓte. Integrale vo nec ſm totam ei⁹ essentiã nec ſm totam ei⁹ virtutẽ est in q̃libet eius parte. sz totum potestatiuũ ſm totam eius essentiam adest cuilibet ei⁹ parti: nõ tñ ſm totam eius virtutẽ: ut aĩa rõnalis respectu vegetatiui sensitiui ⁊ intellectiui.

Primo sciendũ ꝙ duplex est totũ integrale. ſ. homogeneũ ⁊ etherogeneũ. Totuz homogeneũ est qõ est eiusdẽ nature in omnib⁹ suis partib⁹: quarũ quelibet recipit p̃dicationẽ sui totius ut terra ⁊ aer. vñ qlibet pars terre est terra: ⁊ quelibet ps aeris est aer. Et dicit homogeneũ ab homos qõ est simile: ⁊ geneos qõ est natura: quasi similis nature in omnib⁹ suis ꝓtib⁹. Sz totũ etherogeneũ est qõ est diuerse nature in omnib⁹ suis partibus ⁊ nõ potest p̃dicari de qualibet ei⁹ parte: ut homo ⁊ equus homo enĩ habet partes diuersas: ut sũt os caro ⁊ sanguis: nec potest de ipsis p̃dicari in recto. Et dicit etherogeneum ab etheron qõ est varium: ⁊ geneos natura quasi aliquid diuerse nature seu varie in omnibus suis partib⁹. Et cuilibet

Secundo istoꝝ cõuenit p̃sens diffinitio. est sciendum ꝙ pars integralis est ps quãtitatiua componẽs totũ integrale. ⁊ qñq̃ vocat pars materialis: qñq̃ pars integralis: ⁊ qñq̃ pars quãtitatiua: tñ ſm diuersas rõnes. Dicit enĩ materialis inquantũ includit partẽ materie ipsi⁹ cõpositi. ⁊ dicit quantitatiua eo ꝙ includit quantitatẽ: ⁊ est cõposita ex materia ⁊ quantitate Sz dicit integralis eo ꝙ integrat ⁊ ꝓficit suũ totũ: ⁊ sic sũt eedẽ partes ſm substantiã que dicunt materiales integrales ⁊ quãtitatiue. Sz tales ꝓtes adhuc distinguũt: qz quedam sunt ꝓtes p̃cipales totius: ⁊ sũt ille sine quib⁹ totum nõ potest esse: sz de necessitate requirunt ad esse totius: ut paries: tectũ: ⁊ fundamentũ respectu domus. Alie sũt min⁹ p̃cipales que nõ sũt necessarie ad esse cõpositi: sz tñ ad bñ esse sine quib⁹ totũ potest existere: ut fenestra vel ostium in domo. Et diffinitio p̃dicta intelligit de omnib⁹ ꝓtibus. sz locus a ꝓte integrali solũ sumit a ꝓtibus p̃cipalib⁹. ⁊ sic arguẽdo a toto ad ꝓtẽ oportet arguere ad ꝓtes p̃cipales.

Tertio sciendũ est ꝙ locus a toto integrali ẽ habitudo ipsi⁹ ad suam ꝓtem integralez. ⁊ tenet cõstructiue: ut domus est: ergo paries est. Maxima: posito toto integrali: ponit quelibet eius pars. Cui⁹ ratio est: qz totũ integrale cõponit ex suis partib⁹ p̃cipalib⁹: ⁊ necessario requirũt ad esse ipsi⁹: ergo posito ipso toto: necessario ponunt eius ꝓtes. Sz talis locus nõ tenet destructiue: cuius ratio est: qz ꝓtes totius integralis ſm esse ꝓiores sunt suo toto: nec ab ipso suscipiũt esse: ergo destructo toto nõ oportet ꝓtes destrui: qz destructo posteriori non ꝓpter hoc destruit ꝓius: ideo iste locus nõ tenet destructiue.

Quarto sciendum ꝙ locus a ꝓte integrali est habitudo ipsi⁹ ad suũ totũ. Et tenet destructiue: ut paries nõ est: ergo dom⁹ nõ est. Maxima: destructa ꝓte integrali destruit ei⁹ totũ. Cui⁹ ratio est: qz destructo ꝓiori destruit posterius qõ ab eo suscipit. sz totũ integrale est posterius suis partib⁹ ⁊ ab eis suscipit esse: ergo. Sz nõ tenet iste locus affirmatiue. ⁊ ratio est: quia posito ꝓiori qõ est in potẽtia ad posterius nõ est necesse ponere posterius: sz ꝓtes sunt in potentia ad totũ integrale ⁊ ꝓcedũt ipsũ: iõ posita ꝓte nõ sequit ꝓpter hoc positio totius.

Contra predicta arguit ꝓmo sic: hec oratio homo est aĩal rõnale est totũ integrale ⁊ tñ nõ cõponit ex partib⁹ quantitatẽ habentib⁹: ergo contra diffinitionẽ totius integralis. Secũdo sic: nõ sequit dom⁹ valet centũ libras: ergo ⁊ paries. vel domus est alba: ergo ⁊ fundamentũ ei⁹: ⁊ tamẽ grguit a toto integrali: ergo locus a toto integrali nõ tenet affirmatiue. Tertio sic: totũ integrale dat esse suis ꝓtibus: qz simul vnit ⁊ actuat ipsas: ergo locus a toto integrali valet destructiue. Quarto sic: nõ sequit pes sortis nõ est: ergo sortes nõ est: ⁊ tamen ibi arguit a parte integrali ad suum totũ: ergo locus a ꝓte integrali nõ tenet negatiue. Quinto sic: bene sequit pars aque est: ergo aqua est. ⁊ similit ps panis est: ergo panis est. ⁊ tñ ibi arguit a ꝓte integrali ad suũ totũ ꝺstructiue: g̃ iste locus nõ tñ valet destructiue.

Ad argumẽta. Ad ꝓmũ dicit ꝙ illa oratio nõ est totum integrale ꝓpe ⁊ ſm veritatem: sz solum ſm similitudinẽ eo ꝙ integrat ex plurib⁹ vocib⁹ significatiuis: sicut totuz integrale cõponit ex ꝓtib⁹ quãtitatẽ hñtib⁹ ⁊ eo mõ quo ꝺ totũ integrale cõponit ex ꝓtib⁹ quãtitatẽ hñtib⁹ ſm similitudinẽ. ⁊ eodem modo diceret de alijs plurib⁹ entib⁹ rõnis que se habent ꝓ modũ totius integralis. Ad secũdũ dicit ꝙ locus a toto integrali solum tenet ꝓpie quantũ ad existentiã totius ⁊ ꝓtis respectu hui⁹ verbi est secũdi adiacentis: ideo ibi non bene arguit ꝓ istũ locuz: domus valet centũ libras: ergo ⁊ paries. nec econtra argueret a parte integrali: paries valet centũ libras: ergo ⁊ domus q̃tuis ibi sit bona cõsequentia tenet enĩ ꝓ locuz a minore ad maius: nõ ꝓ habitudinẽ partis ad totum. Ad tertiũ dicit ꝙ totum integrale hñ dat esse totius ⁊ esse cõmunis suis partib⁹: sz non dat ipsis esse

ppriū partiū: ideo ipso destructo non est necesse q̄ partes destruant fm esse ppria ipsaꝝ. Ad quartū dicit q̄ loc⁹ a parte integrali solum tenet arguēdo a ptibus p̄ncipalib⁹ modo pes sortis nō est pars p̄ncipalis eius: iō ibi nō bene arguit p locum a pte integrali. Ad quintū dicit q̄ licet bene sequat pars aque est: ergo aqua est: tamē hoc nō est ppter habitudinē ptis integralis ad suū totuz: sz ptis subiectiue: qz in quolibet toto homogeneo partes integrales sunt quantitatiue ꝛ etiā subiectiue: eo q̄ totū de ipsis p̄dicat ut supius de inferiozi: sed fm suū esse quantitatiuū est totū integrale ꝛ fm suā essentiā fm quā verificat de oīb⁹ suis partib⁹ est totū vniuersale: ꝛ sic ibi potest sumi locus a toto vniuersali ꝛ a toto integrali ꝛ locus a pte subiectiua ꝛ a pte integrali: sz diuersimode fm diuersas habitudines.

Totum in quātitate est q̄ñ uniuersale sumit uniuersaliē: ut omnis homo: null⁹ homo. Locus a toto in quātitate est habitudo ipsius ad suā partē. qui est cōstructiuus ꝛ destructiuus: ut omnis hō currit: ergo sortes currit. locus a toto i quātitate. maxima: Quicqd p̄dicat de toto in quātitate ꝛ de qualibet eius parte. uel si uniuersalis est uera quelibet eius singularis est uera. Destructiue sic: nullus hō currit: ergo sortes nō currit. locus a toto in quātitate. maxima: Quicqd remouet a toto in quantitate a qualibet eius pte. Vel si uniuersalis est uera: quelibet eius singularis est uera. locus a parte in quātitate est habitudo partiū in quantitate omniū simul sumptoꝝ ad suū totū. Et est ꝑstructiuus ꝛ destructiuus: ut sortes currit: plato currit: cicero currit ꝛ sic de alijs: ergo oīs hō currit. Locus a pte in quātitate. maxima: Quicqd p̄dicat de omnib⁹ partib⁹ in quātitate simul positis ꝛ de suo toto. Negatiue sic: Sortes nō currit: plato nō currit: cicero nō currit: ꝛ sic de singulis: ergo nullus homo currit. locus a pte in quātitate. maxima: Quicqd remouet a partib⁹ in quātitate simul sumptis ꝛ a suo toto. Vel si quelibet singularis est uera: sua uniuersalis est uera.

¶ Postq̄ autor determiauit de loco a toto integrali: hic cōsequenter determinat de loco a toto in quantitate ipsū primo sic diffiniens: Totū in quantitate est vniuersale vniuersaliter sumptū. i. cum signo vniuersali: ut omnis homo ibi homo est totū in quantitate non fm se: sz fm qō est distributū p illud signum oīs. ratiōe cuius tenet vniuersaliē qz si fm se sumat est totum vniuersale. ꝛ cū sumit vniuersaliter est totuz in quantitate. in hoc enī differunt illa duo tota: qz totum vniuersale importat naturam vniuersalē p modū vnius in cōmuni. ꝛ totuz in quātitate importat illā naturā p moduz pluriū inquantū diuisa est ꝛ multiplicata p sua inferiora: ut cum dicit omnis homo: importat natura humana ut diuisa ꝛ multiplicata p omnia inferiora ei⁹. Ex quib⁹ patet q̄ dicendo oīs homo illud aggregatū ex signo ꝛ termino cōmuni nō pprie dicit totū in quantitate: sz terminus cōmunis distribut⁹ vocat totum in quantitate p similitudinē ad quantitatē continuā: qz sicut cōtinuū est diuisibile in plures ptes quaꝝ quelibet suscipit p̄dicationē totius: ut linea diuidit p plures lineas: sic tale totuz multiplicat p plures partes de quib⁹ potest p̄dicari fm se. Patet vlterius q̄ pars totius in quantitate est singulare: vel inferius contentū sub vniuersali distributo.

Primo sciendum q̄ locus a toto in quantitate est habitudo ei⁹ ad suam partē. Et tenet affirmatiue ꝛ negatiue. Affirmatiue sic: omnis hō currit: ergo sortes currit: ꝛ plato currit: ꝛ sic de alijs. Maxia: Quicqd p̄dicat de toto in quantitate ꝛ de qualibet ei⁹ parte. Cui⁹ ratio est: qz omnes ptes eius simul ꝛ actualiē includunt in ipso toto in quantitate: sicut oīs homo includit sortē ꝛ platonē: ꝛ sic de alijs. ꝛ qz actualiter includit sua inferiora: iō posito toto in quantitate ponit necessario quelibet ei⁹ ps: ꝛ sic tenet affirmatiue. Negatiue sic: Nullus homo currit: ergo sortes nō currit: plato nō currit: ꝛ sic de alijs. Maxima: Quicqd negat de toto in quantitate: negat etiā de qlibet eius pte. ꝛ est eadem ratio sicut in p̄cedenti.

Secūdo sciendū q̄ dupliciter potest argui p locum a toto in quantitate. Primo subijciendo ipsum ut p̄i⁹ visum est. Alio modo p̄dicando ipsū ut bene sequit sortes videt oēm hominē: ergo sortes videt platonē calliam: ꝛ sic de alijs. ꝛ etiā p̄dicando in recto totū in quantitate: ut sortes est oīs homo: ergo sortes est plato callias: ꝛ sic de alijs: qz q̄cuis illa propositio sit falsa in qua p̄dicat vniuersale vniuersaliē sumptū: tamen aliqua talis potest esse alicui pbabilis: ideo fm ipsam bene potest formari sillogismus dialectic⁹. Vñ generaliē loquendo quotiesc̄q̄ ponit totū in quantitate remanēs totū in quātitate ipso posito ponunt sue ptes: ꝛ ipso remoto remouent.

Tertio sciendū q̄ locus a partib⁹ totius in quantitate est habitudo illaꝝ partiū ad suū totum Et tenet affirmatiue sic: sor. currit: plato currit ꝛ sic de alijs ergo omnis homo currit. Maxima: positis ptibus totius in quantitate ponit ꝛ ipsum totuz. Cuius rō est: qz ad esse totius in quantitate sufficit actualis positio ꝛ vnio suarū partiū sufficienter enumeratarū. Et tenet negatiue sic: sortes nō currit: plato non currit ꝛ sic de alijs: ergo nullus homo currit. Maxima: Destructis partib⁹ totius in quantitate: destruitur ipsū totum. Cui⁹ ratio est: qz ad suū esse actuale requirunt omnes sue partes: eo q̄ ipsū actualiter includit omnes illas: ergo ipsis remotis nō manet suū esse.

Quarto sciendū q̄ dupliciter p̄ōt argui a ptibus totius in quantitate. Uno modo accipiēdo vnā partē tm ꝛ sic non tenet locus affirmatiue nec etiā negatiue toto in quantitate remanente sub forma totius i quantitate: sz bene valeat ad destruendū ipsum quantū ad totalitatē eius: ut bñ sequit sortes nō currit: ergo nō omis homo currit. sz qz in cōsequente nō remanet totū in quantitate: iō ibi nō bene arguit p locum a pte totius in quātitate: sz equipalenter est ibi locus a specie qua sortes est inferius ad aliquē hoiem. Alio modo potest argui cum sufficienti enumeratōe partiū totius in quātitate capiēdo eas sub nominib⁹ ppriis cum illa pticula ꝛ nō fūt plures si sint in numero determinato ꝛ si sint in numero incerto debent capi alique ptes in numero finito comprehendendo alias sub illa pticula cōmuni ꝛ sic de alijs. Et sic tenet iste locus

Sed contra affirmatiue ꝛ negatiue ut dictū ē p̄dicta arguit p̄mo sic: totū vle ꝛ totū in quātitate fūt diuersa tota ut dictū est: sz vle vniuersaliter sumptū est totū vle qz est supius essentiale: ergo nō est totū in quātitate ꝛ sic diffinitio est insufficiēs. Secūdo sic: nō sequit: oīs homo currit. ergo adam currit. cū alijs

posſit esse verum ꝛ cõsequens falsum: ergo locus a toto in quãtitate nõ tenet cõstructiue. Tertio sic: destructa aliqua ꝑte totius in quãtitate destruit ipsũ totũ ꝛ tamẽ vna destructa nõ oportet destruere alias: ergo destructo toto i quãtitate nõ oportet destruere quãlibet eius ꝑtem ꝛ sic locus a toto in quãtitate nõ tenet negatiue. Quarto sic arguendo a ꝑticularib⁹ ad vniuersale fit petitio ꝓncipij quia ibi petit vniuersale in suis singularibus: ergo a ꝑtibus in quãtitate ad suũ totum nõ est locus dialecticus. Quinto sic: nõ sequit̃ sortes nõ est totũ in quantitate: plato nõ ẽ totum in quãtitate ꝛ sic de alijs: ergo omnis hõ nõ est totum in quãtitate: ergo locus a partib⁹ totius in quantitate nõ valet negatiue.

Ad argumẽta. Ad primum dicit̃ q̃ licꝫ vniuersale vniuersaliter sumptũ ſm suã essentiã sit totũ vniuersale nõ tamẽ ſm esse sub quo accipit̃: qz accipit̃ sub modo pluriũ ꝛ nõ sub modo vnius q̃ tamen requirit̃ ad totum vniuersale. Ad secundũ dicit̃ q̃ in illo antecedente homo solũ distribuit̃ ꝓ ꝑsentib⁹: modo adam nõ est de ꝑsentibus ideo nõ est pars illi⁹ toti⁹ nec arguit̃ a toto ad ꝑtem

Ad tertiũ dicit̃ q̃ licꝫ destructa vna parte totius in quãtitate bene destruat̃ ipsum totũ quantũ ad rationẽ totius: tamen nõ arguit̃ negatiue ab ipso manente toto: q̃ tamẽ requirit̃ ad arguendũ ꝑ illum locũ: ſz ſi ipsum totũ teneat̃ sub rõne totius bene valebit negatiue ad quãlibet ei⁹ ꝑtẽ

Ad quartũ dicit̃ q̃ arguendo a partib⁹ totius in quãtitate ad suũ totum respectu ꝑdicati q̃ notiozi mõ cõuenit toti q̃ partib⁹ fit petitio ꝓncipij: ſz arguendo respectu ꝑdicati q̃ notiozi modo cõuenit ꝑtibus q̃ toti: ibi est bonus locus dialecticus: siue illud ꝑdicatũ cõueniat ipſis notiozi modo simpliciter siue quo ad nos: siue sit in ꝑdicatis essentialib⁹ siue accidentalibus. vnde hic est bonus locus dialecticus: sortes est substãtia: plato est substãtia: ꝛ sic de alijs: ergo oĩs homo est substantia: ꝛ hoc ſi antecedens sit noti⁹ respondẽti q̃ cõsequens. Ad quintũ dicit̃ q̃ ibi arguitur a ꝑtibus in quãtitate ea ꝑte qua differũt ab ipso toto: ꝛ nõ ea parte qua cum ipso cõueniũt: ideo oĩnia nõ valet.

Totum in modo est ipsum uniuersale sumptũ sine determinatõe: ut hõ. Pars in modo est uniuersale sumptũ cũ determinatiõe nõ diminuẽte: ut homo albus. Et qz omnia formant̃ similiter argumẽta ꝛ maxime in hoc loco ꝛ sua ꝑte: sicut i genere ꝛ specie: iõ relinquant̃ exempla.

¶ Postq̃ determinatum est de loco a toto in quantitate hic cõsequenter autor determinat de loco a toto in modo. Ratione cui⁹ ꝓmo sic diffinit totum in modo dicens: Totum in modo est vniuersale sumptũ sine determinatiõe: ut homo ꝑ se sumptus dicit̃ totuz in modo. Cui⁹ ratio est: qz homo sumptus sine determinatiõe est totum respectu sui ipſius modificati: qz homo in cõmuni se extendit ad omnia sua suppoſita. ſz cũ dicit̃ homo albus. homo ibi modificat̃ ꝑ illã determinationẽ albus. ꝛ solũ sumit̃ ꝑ illa parte vna suoꝝ suppoſitoꝝ. Et potest etiã dari alia ratio: qz vniuersale sumptũ sine determinatione ſm se est sine modo: iõ põt dici totũ in modo. i. sine modo: capiendo in ꝓuatiue: ſz ꝑcedens ratio melioz est: qz ſi daret̃ totũ in modo ꝓuatiue tũc: tũc totũ vniuersale posset dici totũ in modo: iõ melius dr̃ totũ in modo: eo q̃ est totũ respectu ꝑtis in modo. ſ. respectu suiipſius: vel sui inferiozis modificati. vnde in hac diffinitiõe ponit̃ sine determinatiõe ad differentiã partis in

Primo modo: que sumit̃ cum determinatione. sciendũ q̃ pars in modo est vle sumptũ cũ determinatiõe nõ diminuente: vel est pars subiectiua alicuius superiozis sumpta cũ determinatiõe cõtrahente: ut hõ albus est pars i modo respectu hois: ꝛ etiã respectu aialis. Cui⁹ ratio: qz vniuersale sumptũ cum determinatiõe contrahente restringit̃ ad standũ ꝑ vna parte suoꝝ inferioꝝ: ſi illa determinatio cõtrahat quo ad suppoſita: iõ vniuersale sic acceptũ est pars respectu sui ipſius accepti sine determinatiõe: ꝛ est etiã pars sui superiozis sũpti sine determinatiõe ut homo albus est ꝑs aialis: qz solum cõtinet partẽ suppoſitoꝝ eius. vñ in ꝑdicta diffinitione ponit̃ vniuersale loco generis. ꝛ ponit̃ sumptũ cum determinatione ad differentiam totius vniuersalis. ꝛ ponit̃ nõ diminuẽte ad differentiam dicti ſm quid qđ sumit̃ cũ determinatõe diminuẽte

Secũdo sciendũ q̃ triplex est determinatio: quedam est determinatio cõtrahẽs tñ: que nõ ꝓuat nec diminuit rationẽ ei⁹ cui adiungit̃: ut albus ẽ determinatio hois: cũ dicit̃ hõ est albus. ꝛ nullo modo tollit cõpletã rationẽ hois. Alia est determinatio ꝓuans que totalit̃ ꝓuat rõnẽ eius cui adiungit̃: ut dicẽdo homo mortuus: ibi mortuus priuat rõnẽ hois. Alia est determinatio diminuẽs q̃ nõ tollit simplicit̃ rationẽ illi⁹ cui adiungit̃: ſz ptim tollit ꝛ ptim relinquit: sicut est imaginabile ꝛ opinabile respectu entis: ut dicendo ens opinabile diminuit rationẽ entis: qz facit ipsum teneri in cõmuni: ut se extendit ad ens reale: ꝛ ad ens in apprehenſiõe siue rõnis: ꝛ sic ptim tollit̃ ratio entis ꝛ partim relinquit̃. Et differũt in hoc ille tres determinatiões qz vltime due faciũt dictũ ſm qđ ꝛ iõ quelibet ipsaꝝ facit locũ ſophiſticũ a dicto ſm qđ ad dictũ simplicit̃ ut non sequit̃ chimera est ens opinabile: ergo est ens: ꝛ sic de multis alijs. Sz determinatio cõtrahens tñ q̃ nullo mõ diminuit: facit ꝑtem in mõ que quidem ꝑs q̃ꝫ vocat̃ dictũ ſm quid capiẽdo generalit̃ dictuz ſm qđ ꝓ oĩ dicto sumpto cũ determinatione aliqua: ꝛ totum in modo

Tertio quandoq̃ vocat̃ dictum simplicter. sciendũ q̃ locus a toto in modo est habitudo ipſi⁹ ad suã partẽ: ꝛ tenet destructiue sic: lapis nõ est hõ ergo lapis nõ est homo albus. Maxima: destructo toto i modo: destruit̃ q̃libet ei⁹ pars. Cui⁹ rõ est: quia destructo priozi ſm naturã destruunt̃ posteriora: ſz totũ in modo est pri⁹ ꝛ superi⁹ respectu sue ꝑtis: q̃re ipso destructo destruit̃ sua pars. iõ iste locus tenet destructiue: ſz nõ tenet constructiue: qz posito supiozi nõ oportet ponere iferi⁹ sicut dictuz est in loco a genere. vñ iste locus codẽ mõ tenet sicut locus a genere: ꝛ locus a ꝑte in modo tenet sicut locus a specie.

Quarto sciendũ q̃ locus a ꝑte in modo est habitudo ipſi⁹ ad suũ totũ. ꝛ tenet ꝺstructiue duob⁹ modis. ꝓmo modo subijciẽdo partẽ in modo affirmatiue: ut hõ albus currit: ergo hõ currit. Maxima: q̃cq̃d ꝑdicat̃ de ꝑte i modo ꝑdicat̃ de suo toto. Et rõ est: qz quic quid predicat̃ de inferiozi ꝑdicat̃ de suo supiozi q̃ actu ꝛ intellectu includit̃ in inferiozi: ſz totũ in modo est superi⁹ ad partẽ in modo ꝛ actualit̃ in ea continet̃. Alio mõ tenet ꝑdicãdo affirmatiue: ut sortes est hõ albus: ergo sortes est hõ. Maxima: de quocũq̃ ꝑdicat̃ ꝑs in modo: ꝛ ipsũ totũ ꝓpter rõnẽ iam dictam. Sz iste locus nõ tenet destructiue qz ad negationẽ inferiozis nõ sequit̃ negatio supiozis: licꝫ bñ sequat̃ hõ alb⁹ nõ currit: g̃ hõ nõ currit: qz ibi ꝑs in mõ nõ destruit̃ ꝓnegationẽ: ſz tñ aliq̃d remouet̃ ab ipsa.

Contra predicta arguit̃ ꝓmo sic: vniuersale sumptuz sine determinatiõe est totũ vniuersale. ſz totũ in mõ nõ est totũ vle: ergo totũ in modo nõ est vle sumptũ sine determintnatione.

Secũdo sic: oẽ totũ plura cõtinet q̃ sua ꝑs. ſz hõ nõ plura cõtinet q̃ hõ albus: ergo nõ est totũ respectu hois albi: ꝛ sic vle sumptũ sine determinatiõe nõ est totũ in modo.

Tertio sic: homo albus est ꝑs in modo: ꝛ tñ hõ sumit̃ cũ determinatiõe diminuẽte: qz albus cõtrahit hoiez ꝛ diminuit ei⁹ accepti ẽ: qz facit ipsũ solũ teneri ꝓ hoibus albis ꝛ sic est determinatio diminuẽs: ergo contra diffinitionẽ partis in modo. Quarto sic: in oĩ loco cõsequens debet

includi in antecedente: ſz ps in modo nō includit actualiť in ſuo toto: ergo a toto in modo ad ſuam ptem nō valet locus affirmatiue nec negatiue. Quinto ſic: bene ſequit lapis nō eſt homo riſibilis: ergo lapis nō eſt homo: ꝛ tamen arguit a parte in modo deſtructiue: ergo locus a parte in modo tenet deſtructiue.

Ad argumēta. Ad primū dicit ꝙ vniuerſale ſumptū ſine determinatiōe reſpectu partis ſub eo conſtitute p differentiā eſſentialē ꝛ intrinſecā dicit totuz vniuerſale: ſz reſpectu ptis ſub eo conſtitute p differentiā accidentalē ꝛ extrinſecā dicit totum in modo. totum enī cū dicatur relatiue ad partem habet variari ſm variationez ſue partis. Ad ſecundū dicit ꝙ licet homo nō contineat plura ſm ſignificata q̄ homo ſ albus: tamen ſm ſuppoſita plura continet ꝛ ſe habet in plus: ideo quo ad ambitū ſuppoſitorū dicit totum reſpectu hominis albi: licet ſm ſignificata poſſit dici pars integralis ſm modum reſpectu hominis albi. Ad tertium dicit ꝙ licet album diminuat illud totum homo quo ad ambitū ſue cōmunitatis ꝛ quantū ad ſuppoſitionē q̄ eſt, p ſuppoſitis: tū nō diminuit ipſū quantum ad rationē formalē ei⁹: ideo albus non eſt determinatio diminuēs reſpectu hois. Ad quartū dicit ꝙ licet cōſequens complexū ſemp includat virtualiť in antecedēte. ꝛ ponat actualiter in ipſo: tamen termin⁹ illatus non ſemp debet actualiť cōtineri in termino inferente: ideo licz pars in modo nō ſit actualiť in ſuo toto: non tū ſequit ꝙ a toto nō ſumat locus dialecticus. Ad quintū dicit ꝙ homo riſibilis nō eſt pars in modo reſpectu hois: qz licz riſibile ſit determinatio hois quantū ad modū intelligendi: nō tamē eſt determinatio contrahens ipſū quo ad ſuppoſita ꝛ que faciat ipſum teneri p parte ſuoꝝ ſuppoſitoꝝ: ideo nō facit partē in modo reſpectu hois ſz bū reſpectu aīalis.

Totum in loco eſt dictio cōprehendēs omnē locuz aduerbialiť: ut ubiqz. Pars in loco eſt dictio comprehēdēs unū locū aduerbialiter: ut hic uel ibi. Locus a toto in loco eſt habitudo ipſius ad ſuā partem. ꝛ eſt ꝓſtructiuus ꝛ deſtructiuus: ut deus eſt ubiqz: ergo de⁹ eſt hic. ceſar nuſq̄z eſt: ergo ceſar nō eſt hic. locus a toto in loco. Maxima: Cuicūqz conuenit totū in loco ꝛ quelibet eius pars. uel quicquid remouet a toto in loco ꝛ a qualibet eius pte. locus a parte in loco eſt habitudo ipſius ad ſuū totum. ꝛ eſt deſtructiu⁹ ut ceſar nō eſt hic: ergo nō eſt ubiqz. maxima: Cuicūqz nō cōuenit pars in loco nec eius totum.

¶ Poſtq̄z determinatū eſt de loco a toto in modo: hic cōſequenter determinať de loco a toto in loco: rōne cui⁹ primo diffiniť totum in loco dicens: Totuz in loco eſt dictio aduerbialiter omnē locum cōprehendēs: ut ubiqz ꝛ nuſq̄z. In qua diffinitione ponit dictio loco generis. totum enī in loco nō conſiderať hic ſm eſſe ſuū reale: ſz inquantū eſt dicibile ꝛ p dictionē importat: ideo bene ponit dictio loco generis. Deinde ponit cōprehendēs omnē locū: ad differentiā totius in tempore: ꝛ ponit aduerbialiter ad differentiā toti⁹ in quātitate: qō q̄liqz iportat oēm loeū noialiť ut dicendo omnis locus: vel in omni loco: nō tamen aduerbialiter ſicut totum in loco. Et per oppoſitum ad totum in loco pars in loco ſic diffiniť: Pars in loco eſt dictio comprehendens vnū locum aduerbialiter: ut hic vel ibi.

Primo ſciendū ꝙ totū in loco ꝛ etiā pars eius imporat eſſe in loco. Sed dupliciter aliquid poteſt eſſe in loco. Uno modo in aptitudine tm: ut vniuerſale dicit eſſe vbiqz ſm aptitudinē. eo ꝙ habet aptitudinē eſſendi in ſuis ſingularib⁹ p quolibet loco: ꝛ etiā p qualibet temporis differentia. ꝛ illa aptitudo reducit ad actum ſucceſſiue in ſuis ſingularibus. Alio modo dicitur aliquid eſſe in loco ſm actum: ſicut ſingulare quod eſt actualiter hic ꝛ nunc. Et adhuc ſm actum aliquid dicit eſſe in quolibet loco dupliciter. vno modo per ſe primo ſicut deus qui eſt vbiqz. Alio modo ſm ſuas partes ſicut mūdus qui ē vbiqz ſm ſuas partes. Et ad arguendū a toto in loco ad ſuā partem: vel econtra oportet eodez modo alicui attribuere partem in loco ſicut ſibi cōuenit ipſum totum: ut ſi totum conueniat cum aptitudine tm. debet ſimiliter inferri pars ſm aptitudinem tm ꝛ econtra arguendo a parte ad totum.

Secundo ſciendū ꝙ locus a toto in loco eſt habitudo ipſius ad ſuā partem. ꝛ tenet cōſtructiue ꝛ deſtructiue. Conſtructiue ſic: deus eſt vbiqz ergo deus eſt hic. Maxima: poſito toto in loco in aliquo ſubiecto ponit quelibet eius pars. Cui⁹ ratio eſt: qz totum in loco ſimul actualiť includit omnes partes ei⁹: ideo ipſo poſito in aliquo ſubiecto ponit quelibet eius pars. nec eſt neceſſe in arguendo ponere exiſtentiaz partis: qz ſi aliqua pars nō habeat exiſtentiā ipſa nō erit pars totius in loco: qz nō erit actualiter ſm ipſo cōtenta. Deſtructiue tenet ſic: ceſar nuſq̄z eſt: ḡ nō eſt hic. Maxia: remoto toto in loco remouet q̄libet ei⁹ ps. cui⁹ eſt eadē rō ſicut maxie p̄cedētis.

Tertio ſciendū ꝙ locus a parte totius i loco eſt habitudo eius ad ſuū totum. ꝛ tenet deſtructiue ꝛ conſtructiue. Conſtructiue ſic: deus eſt hic ꝛ ibi ꝛ ſic de alijs: ergo deus eſt vbiqz. Maxima: poſitis partib⁹ totius in loco ſufficienter enumeratis: ponit ipſum totum. ꝛ ratio eſt: qz totū in loco nō eſt niſi ſue partes ſimul ꝛ actualiter poſite. Deſtructiue ſic: ſortes nō eſt hic: nec ibi ꝛ ſic de alijs: ergo ſortes nuſq̄z eſt. Maxima: deſtructis ptib⁹ toti⁹ in loco ſufficienter enumeratis: deſtruit earū totum.

Quarto ſciendum ꝙ dupliciter cōtingit arguere a parte toti⁹ in loco. Uno modo a ptib⁹ ſufficienť enumeratis. Et hoc modo tenet affirmatiue ꝛ negatiue ut dictū eſt. Alio modo arguēdo ab vna parte tm ꝛ nō ab omnib⁹ ſimul ſumptis ꝛ hoc modo nō tenet niſi negatiue ꝛ ſm būc modū dicit in textu ꝙ iſte locus ſemp eſt deſtructiu⁹ ut arguēdo ſic: ceſar nō eſt hic: ergo nō ē vbiqz. Maxima: Cui nō cōuenit pars in loco: nec ipſū totū. hoc modo tm nō arguit a pte in loco negatiue ad deſtructionē ſui totius ſm id qō eſt: qz ibi nō deſtruit totū in loco ſimpliciť ꝛ ſm oēs ſuas ptes ſz ſoluz arguit ibi ad deſtructionē toti⁹ in loco quantū ad totalitatē ei⁹: ꝛqz deſtruit totū quantū ad totalitatē ei⁹, ꝛ nō remanet amplius totū in loco: tō nō arguit ꝓpie hoc mō a pte in loco ad ſuū totum.

Contra predicta arguit primo ſic: nullus locus ē dictio cōprehendens oēm locū: ſz totuz in loco eſt loc⁹ vel eſſe in loco: ergo male dicit ꝙ eſt dictio oēm locū cōprehendēs. Secūdo ſic: locus a toto in loco tenet in habitudie vlis vliter ſūpti ad ſuā partē. ſz habitudo vlis liter ſumpti ad ſuā partē ē locus a toto in quātitate: ergo locus a toto in loco eſt idē locus cū loco a toto in quantitate ꝛ ſic male diſtinguit ab ipſo. Tertio ſic: nō ſequit mūdus eſt vbiqz: ergo mūdus eſt hic: ḡ loc⁹ a toto in loco nō tenet deſtructiue. Quarto ſic: nō ſequit ſortes nō eſt vbiqz: ergo ſortes non eſt hic: ḡ locus a toto in loco nō tenet negatiue. Quinto ſic: nō ſequit aliq̄ co:p⁹ eſt hic: aliq̄ co:p⁹ eſt ibi ꝛ ſic de alijs: ḡ aliquod corpus eſt vbiqz: qz antecedēs eſt verum ꝛ conſequens falſuz: ꝛ tamen ibi arguit a partib⁹ in loco ſufficienter enumeratis: ergo iſte locus nō tenet cōſtructiue.

Ad argumẽta. Ad ꝓmũ dicit̃ q̃ ly loc⁹ fm suũ eẽ reale nõ sit dictio: tñ fm eẽ dicibile põt dici dictio: ⁊ hoc modo intelligitur hic.

Ad secundũ dicitur q̃ licz locus a toto in loco nõ distinguat̃ eẽntialiter quantũ ad virtutẽ ofirmatiuam argumẽti a loco a toto in quantitate: q⁹ vbiq; virtus ofirmatiua argumẽti est habitudo vlis vliter sumpti: Rõne cui⁹ Aristo. nõ distinguit locũ a toto in loco ⁊ a toto in tpe a loco a toto in quãtitate: tñ ab eo distinguit̃ accidentaliter quantũ ad modũ significandi: q⁹ totũ in quantitate designat̃ ꝑ modũ ꝓmanẽtis ⁊ notaliter ⁊ totũ in loco designat̃ aduerbialiter et sub modo fluxus ⁊ fieri q̃tus fm rem loc⁹ sit ens ꝓmanẽs.

Ad tertiũ dr̃ q̃ mũd⁹ nõ est vbiq; fm se totũ ly fm suas partes: ideo ibi male cõcludit̃ sed deberet sic cõcludi: ergo aliq̃ pars mundi est hic ⁊ aliq̃ ibi: ⁊ sic de alijs. Ad quartũ dr̃ q̃ in antecedente negat̃ totũ in loco: ⁊ sic nõ remanet sub eẽ toti⁹ in loco: ideo nõ arguit̃ a toto in loco ad suam partẽ. sed eq̃alenter arguit̃ a negatõe vni⁹ partis in loco ad negationẽ alteri⁹ partis determinate: ut hic soztes in aliquo loco nõ est: ergo soztes nõ est ℔. Ad quintũ dicit̃ q̃ partes antecedẽtis verificãtur de corpore ꝓ diuersis suppositis ei⁹: ⁊ sic in antecedente corpus habet plures suppositiones determinatas: ⁊ in ꝯsequẽte habet vnã tñ: ⁊ sic ibi arguit̃ plurib⁹ suppositiõib⁹ determinatis ad vnam determinatã tñ: ⁊ cõmittitur fallacia figure dictionis: vnde subiectum antecedentis nõ tenetur eodem modo in ꝯsequẽte sicut tenet̃ in antecedẽte: ideo nõ bene arguit̃ a parte in loco ad suum totum.

Totum in tempore est dictio comprehendens omne tempus aduerbialiter: ut semp nunq̃z. Pars in tpe est dictio significans aliquod tps aduerbialiter: ut nũc tunc hodie heri. Exempla hui⁹ sumũtur sicut in toto in loco.

¶ Postq̃ autor determinauit de loco a toto in loco: hic consequẽter determinat de loco a toto in tpe. Rõne cuius diffinit totũ in tpe dicẽs q̃ totũ in tpe est dictio comprehẽdens omne tps aduerbialiter siue sit affirmatiue ut semp: siue negatiue ut nunq̃z Et ecõtra pars in tpe est dictio comprehẽdens partes tpis aduerbialiter: ut hodie nũc: ⁊ sic de alijs. Et iste due diffinitiones debent intelligi ⁊ exemplifi

Primo cari sicut diffinitões toti⁹ ⁊ partis in loco. sciendum q̃ locus a toto in tpe est habitudo ipsius ad suã partẽ. Et tenet affirmatiue ⁊ negatiue. Affirmatiue sic: deus est semp: ergo deus est nunc. Maxima: Posito toto in tpe in aliquo subiecto necessario ponit̃ q̃libet eius pars. Cui⁹ ratio est quia totũ in tpe simul ⁊ actualiter includit oẽs partes suas: q⁹ importat tpus distributũ ꝓ omnib⁹ suis partib⁹: ideo ipso toto in tpe posito necessario ponit̃ quelibet eius pars. Negatiue tenet sic. dime ra nunq̃z est: ergo nõ est hodie. Maxima: Remoto toto in tpe ab aliquo subiecto remouetur quelibet ei⁹ pars. Et arguẽdo per istum locũ magis ꝓpe arguitur ponẽdo totũ ī tpe ex parte predicati q̃ ex parte subiecti eo q⁹ aduerbium semp habet determinare verbũ: ⁊ verbũ in rõne semp se tenet ex parte predicati nisi ponatur cũ implicatione a parte subiecti ⁊ supponatur quia sic in subiecto posset poni cum ipso aduerbio in subiecto: ⁊ per consequẽs posset argui a

Secundo toto in tpe se tenẽte ex pte subiecti. sciendũ q̃ locus a parte in tpe ẽ habitudo ei⁹ ad suũ totũ. Et tenet ostructiue ⁊ destructiue arguendo ab ipsis sufficienter enumeratis. Cõstructiue sic: soztes fuit heri ⁊ pridie ⁊ sic de alijs: ergo soztes semper fuit. Maxima: Positis partib⁹ in tpe sufficienter enumeratis: ponit̃ ipm totũ: q⁹ totũ nihil addit vltra oẽs suas ptes. Destructiue sic: antixp̃s nõ fuit heri nec pridie ⁊ sic de alijs: ergo nunq̃z fuit. Maxima: Remotis ptibus in tpe sufficienter enumeratis remouet̃ ipm totũ. Et si arguat̃ ꝑ istũ locũ ab vna pte tñ ⁊ nõ ab oĩbus tũc solũ tenet destructiue ⁊ nõ cõstructiue: ⁊ adhuc arguit̃ a parte ad destructionẽ toti⁹ quã tũ ad totalitatẽ eius: ⁊ nõ arguit̃ ad ipm remanens totũ in tpe ut hic: soztes nõ est nunc: ergo soztes nõ est semper.

Tertio sciendũ q̃ ꝓter ista tota supius posita reperiunt̃ alia quinq; tota que ad predicta reducunt̃. s. totũ copulatiuũ disiunctiuũ potestatiuũ successiuũ ⁊ collectiuũ seu aggregatiuũ. Totum copulatiuũ est in quo plura copulant̃ ꝑ diũctionẽ copulatiuã: ut soztes currit ⁊ plato disputat. Et pars eius est aliquod illoz q̃ inter se copulant̃. Totũ disiunctiuũ in quo plura diũguunt̃ ꝑ diunctionẽ disiunctiuam: ut soztes currit ul̃ plato disputat. Totũ potestatiuũ est q̃ cõponit̃ ex plurib⁹ virtutib⁹ uel potẽtijs: uel q̃ plura ꝺtinet fm virtutẽ: ut aĩa rõnal̃ est totũ potestatiuũ respectu vegetatiui sensitiui ⁊ intellectiui ly aĩa in cõi sit totũ vle respectu aĩe vegetatiue sensitiue ⁊ intellectiue. Et silr̃ quaternari⁹ est totũ potestatiuũ respectu binarij ⁊ ternarij: q⁹ supioz numer⁹ cõtinet̃ in virtute oẽs inferiores numeros. Totũ successiuũ est q̃ cõponit̃ ex ptib⁹ successiuis q̃ nõ pñt sil̃ eẽ ut tps ⁊ motus. Sz totũ collectiuũ siue aggregatiuũ est q̃ sub voce singulari plura ad inuicem distincta iportat sic̃ ppls grex societas. ly ps ei⁹ ẽ aliq̃ illoz ex q̃b⁹ cõponit̃ ut hõ respectu ppl̃i: ul̃ aries respectu gregis.

Quarto sciendũ q̃ totũ copulatiuũ totũ potestatiuũ ⁊ totũ collectiuũ reducunt̃ ad totũ integrale eo q⁹ ab istis totis ad suas ptes eodẽ modo tenet locus ꝺyalectic⁹ sicut a toto integrali. s. ostructiue tñ ⁊ nõ destructiue: ⁊ ecõtra locus a pte: ut arguẽdo a toto copulatiuo soztes currit ⁊ disputat: ergo soztes currit. ⁊ a toto potestatiuo: ut quaternari⁹ est: ergo binari⁹ est. uel aĩa rõnal̃ est: ergo sensitiuũ ẽ. Maxima: Posito toto potestatiuo ponitur quelibet eius pars. Et a toto collectiuo: ut ppls est: q̃ homo est. Et ecõtra potest argui destructiue a suis partib⁹ Sz totũ disiũctiuũ ⁊ successiuũ reducũt̃ ad totũ vle: q⁹ ab ipsis eodem modo tenet locus sicut a toto vniuersali. s. negatiue tñ: ut arguendo sic a toto disiunctiuo. nõ soztes currit uel disputat: ergo soztes non currit. Et a toto successiuo ut non est dies: ergo nõ est meridies. ⁊ econtra locus a partibus eoz̃ tenet constructiue tantum: ut faciliter videre

Sed contra tur in exemplis. predicta arguit̃ ꝓmo sic: in omni tempore ⁊ semper idem sunt sicut in omni loco ⁊ vbiq; : sz in omni tẽpore est totũ in quantitate: ⁊ non in tẽpore: ergo ⁊ semp: ⁊ sic male diffinit̃ totũ in tẽpore q⁹ est dictio cõprehendens omne tẽpus aduerbialiter. Secũdo sic: hic est loc⁹ a toto in tẽpore deus est semp: ergo est in isto tpe: ⁊ tñ nõ sequit̃ pars in tpe q̃ in isto tpe nõ sit aduerbiũ significans partẽ tpis: ergo contra diffinitionẽ loci a pte in tpe.

Tertio sic: nõ sequit̃ vle est semp: ergo est nunc: q̃ antecedens sit verũ ⁊ oñs falsũ. antecedens ꝓz q⁹ vle est vbiq; ⁊ semp ⁊ nõ est hic ⁊ nunc: sed solũ singulare: ergo locus a toto in tpe nõ valet ostructiue Quarto sic: partes totius in tpe nõ possunt esse simul: ergo nõ poterunt simul accipi: ergo locus a pte in tẽpore nõ tenet constructiue ab omnibus partibus simul sumptis Quinto sic: nõ sequit̃ adam non est nunc: ergo adam nunq̃z fuit: ⁊ tamen arguitur negatiue ab vna parte totius in tempore ad ipsum totum: ergo locus a parte in tempore non tenet destructiue ab vna parte ad suum totum.

Ad argumenta. Ad ꝓmum istoꝝ dicitur q̃ licz semper ⁊ in omni tempore sint idem fm rem significatam ⁊ materialiter: differũt tamẽ fm suos modos significandi ⁊ materialiter: quia semper importat tẽpus distributum sub modo fluxus ⁊ fieri ⁊ in omni tempore importat idem tempus distributum ꝓ omnibus partibus

ei⁹ sub modo ꝑmanẽtis siue habit⁹ z quietis: z ꝓ ꝫ distin/guũtur totũ in q̃ntitate z totũ in tpe licz nõ essentialiter.

Ad secũdũ dicit ꝙ lz in illo argumẽto nõ ponat forma/liť ps in tpe aduerbialiť: ponit tñ equalent z fm rem signi/ficatã: qz in isto tpe includit virtualiť ipm nunc. Ad ter tiũ dicit ꝙ lz vle fit semp in aptitudine: non tñ est semp in actu: z eo modo quo ponit semp eẽ bñ sequit ꝙ est nũc. s. fm aptitudinẽ: lz illa aptitudo reducit ad actũ in suis sin/gularib⁹ z successiue. Ad quartũ dicit ꝙ lz ptes tpis nõ possint eẽ sil fm suũ eẽ reale: liẽ ꝑteritũ nõ põt eẽ cũ futuro tñ pñt esse sil in apprehensione ale q̃ retinet partẽ ꝑteritã z futurã cũ pñti: z sic sil pñt accipi oẽs ptes tpis. Ad quin tũ dicit ꝙ ibi nõ bñ arguit: qz arguẽdo ab vna pte tñ de/structiue oportet arguere ad destructionẽ toti⁹ quantũ ad rõnem toti⁹: ita ꝙ in ꝺsite sibi ꝓponat negatio destruẽs totalitatẽ ei⁹: qõ nõ fit in illo argumẽto: deberet enĩ sic in/ferri: adam nõ est nũc: ergo nõ est semp.

Causa est ad cuius esse sequitur aliud fm naturã. Et diuiditur in cãm efficien/tẽ: materialem: formalem z finalem.

¶ Postq̃ autor supius determinauit de locis a toto z a pte: hic consequẽter determinat de locis a cã z ab effectu Et qz locus a cã in cõi est habitudo causẽ ad effectũ: z loc⁹ ab effectu est habitudo effect⁹ ad cãm: iõ pri⁹ q̃ autor de/terminet de locis a cã in spãli determinat de cã gnãli diffini tiue z diuisiue: ipam ꝓmo sic diffiniẽs. Cã est ad cui⁹ eẽ se/quit aliud fm naturã. In q̃ diffinitõe intelligit ens ꝑ gnẽ Ens enĩ diuidit ꝑ cãm z effectũ: z est supius ad vtrũq; fm modũ. Deinde ponit ad cui⁹ eẽ sequit aliud ad ꝺiaz effe/ctus q̃ sequit ad eẽ alteri⁹: z ad cui⁹ eẽ nõ sequit aliud sub rõne effect⁹. Et ponit fm naturã ad explicãdũ modũ quo effect⁹ sequit suã cãm. Et ecõtra põt diffiniri effect⁹ ꝙ est ens: cui⁹ eẽ seq̃t ad aliud ꝑ nãz: uel ẽ ptita silitudo sue cãe.

Primo sciendũ ꝙ sequit capit dupliť. Uno mõ ut dicit ordinẽ tñ: ut qũ ꝺ vn⁹ ꝺies sequi tur aliũ. Alio mõ ut dicit ordinẽ z dependentiã vn⁹ ab alio z ꝺ mõ iterũ dupliť. Uno mõ ut solũ dicit ordinẽ z depen/dentiã siue ꝺsequẽtie siue illatiõis vn⁹ ab alio: sic ꝺis seq tur illatiue ad antecedens: z dependet ex ipo fm illationem Alio mõ ut dicit dependentiã in eẽ vni⁹ rei ab alia: sic quili bet effect⁹ fm suũ eẽ dependet a sua cã. Et ꝺ mõ capit in ista diffinitõe ut dicit ordinẽ dependentie vni⁹ rei ab alia fm suũ eẽ. z nõ solũ ut dicit ordinẽ prioris z posterioris: neq; ut solũ dicit dependentiã ꝺsequẽtie: qz in argumẽtatiõe añ cedens nõ semp est cã ꝺsequẽtis lz semp sit cã illatiõis ei⁹.

Secũdo sciẽdũ ꝙ ad rõnẽ causẽ nõ req̃rit ꝙ cã sp ꝑcedat saũ effectũ fm tpl̃ lz q̃nq; ꝑce dit ipm fm tps: ut domificator ꝑcedit domũ fm tps: q̃nq; ꝺo ꝑcedit ipm fm naturã tñ z sil est tpe cũ ipo: sic ꝺ nõ est cã risibilis: z tñ ꝑcedit ipm fm naturã tñ: z sil est tpe cũ eo: iõ ad explicandũ quõ effect⁹ debet seq cãm: z cã ꝑcedere effe ctũ in diffinitiõe causẽ ponit fm naturã. Et ad ꝺiam illo rũ quoz eẽ vn⁹ sequit ad eẽ alteri⁹ fm ordinẽ: z tñ nõ de/pendet ex alio fm naturam: ut esse vnius diei non depen/det naturaliter ad esse alterius.

Tertio sciẽdũ ꝙ cã diuidit ꝑ cãz efficiẽtẽ mãlẽ for malẽ z finalẽ. Cui⁹ diuisionis sic ꝺ̃ sufficiẽtia: qz ad oẽm cãm sequit effect⁹: uel ergo tal cã est intrinseca effectui: ul extrinseca. Si intrinseca hoc est dupliť: qz ul ipsa est actus dans eẽ: z sic est cã formal uel potẽtia recipiẽs eẽ: z sic ẽ cã mãlis. Si ẽ extrinseca ꝺ est dupliť: qz uel ipa ẽ id a quo res fit: z sic est efficiẽs cã. ul illud ꝓpt quõ res fit: z sic est cã fi nalis. Et sumit ista diuisio nõ fm diuersitatẽ rerũ: lz fm di uersos modos formales: qz idẽ realiť fm diuersos modos cãndi: z respectu diuersoz q̃nq; ꝺz rõnes pluriũ causarũ: z nõ est diuisio gnis in suas spẽs lz diuisio analogi: qz cã fm

Quarto pri⁹ z posteri⁹ ꝺ̃ de istis q̃ttuor causis. sciendũ ꝙ cause põt q̃ttuor modis ꝺsidera ri. Uno mõ fm rõnẽ cãndi: z sic finis est prior. secũdo ef ficiẽs. tertio mã: z q̃rto forma: qz in cãndo rẽ finis mouet intellectũ agẽtis ad ꝓducendũ effectũ z efficiẽs mot⁹ a fine mouet materiã q̃ disputata vltio introduciť forma. Scõo mõ ꝺsiderant cause ꝓut ꝺcurrũt ad cõpositõez effect⁹: z sic mã ꝓor ẽ: secũdo forma: tertio efficiẽs: z vltio finis. Tertio mõ ꝺsiderant ut dant eẽ actuale effectui: z sic forma ẽ ꝓor: deinde efficiẽs: tertio finis: q̃rto mã. Quarto mõ ꝺsiderãt fm ꝙ bñt eẽ exñtie ꝑ qõ nobis notificãt z sic cã efficiẽs ẽ ꝓor: secũdo mã: deinde forma: z vltimo finis. Et qz ꝺ ꝺside rant fm qõ nobis notificant z ab ipsis sumunt loci ꝺ̃ale lectici: ideo isto modo ordinãtur in textu: z prius determi/

Sed cõtra natur de cã efficiente q̃ de alijs. ꝓdicta arguit ꝓmo sic: aliud dicit diuersitatẽ eẽntialẽ qũ sit relatiuũ diuersitatis substãtie: lz effect⁹ nõ semp differt eẽntialiť a sua cã: qz ꝺuent eẽntialiť cũ sua cã formali: ergo male ꝺ̃ ꝙ ad eẽ cause sequit aliud s. effect⁹. Secundo sic: cã totaliť posita ponit sil suus ef/fectus: ergo cã nõ ꝑcedit effectũ: z sic ad eẽ cause nõ sequit aliud. Tertio sic: cã z effect⁹ sunt sil nã qũ sunt relatiua: ergo effectus nõ sequit suã cãm fm naturã. Quarto sic: forma z finis coincidũt ut ꝺ̃ secũdo phisicorum: ergo for/ma nõ est cã distincta a fine: nec mẽbra hui⁹ diuisionis sũt oppositi. Quinto sic: oĩs cã ꝑcedit suũ effectũ: lz finis nõ ꝑcedit suũ effectũ: lz sequit: ergo finis non est cã: z sic male

Ad argumenta. ponũtur quattuor cause. Ad ꝓmũ dicit ꝙ lz aliud ꝓprie sũptũ ut ẽ relatiuũ diuersitat⁹ substãtie dicat diuersi tatẽ eẽntialem: nõ tñ aliud cõiter acceptũ: ut dicit quãcũq; diuersitatẽ siue eẽntialẽ siue accidentalẽ ut sumit in diffi/nitione causẽ. Ad secũdũ dicitur ꝙ lz posita cã totali po nat ei⁹ effect⁹ sil tpe nõ tñ ponit sil fm nãz: qz nãliť cã pri⁹ ꝺz eẽ z intelligi q̃ effectus: z ꝺ sufficit ad rõnẽ causẽ ꝙ ꝑce dat effectũ fm nãz. Ad tertiũ ꝺ̃ ꝙ lz cã z effect⁹ fm inté tiones causẽ z effect⁹ dicant cozrelatiue: tñ nãliť z fm id qõ sũt nõ dicunt cozrelatiue: iõ fm id qõ sũt nõ sũt sil fm nãz. Ad q̃tũ dicit ꝙ lz forma z finis q̃nq; coincidãt nãliť z fm rem in idẽ: nõ tñ coincidũt in idẽ formaliter q̃ntũ ad suos modos formales cãndi: z ꝺ mõ ponunt cause ad inui cẽ distincte Ad quintũ ꝺ̃ ꝙ licz finis fm suũ eẽ reale seq̃ tur suũ effectum: tñ fm intẽtionale in intẽtione agẽtis sub quo sibi cõuenit rõ cause final ꝑcedit suũ effectũ: iõ eo mõ quo est cã nãliter ꝑcedit suũ effectũ.

Causa efficiẽs est a qua primo fit mo/tus ad hoc ꝙ fiat aliquid ut domificator est primũ mouens z opans ut fiat dom⁹ z faber ut fiat cultellus. Locus a cã effi/ciente est habitudo ipsius cause efficiẽtis ad suũ effectũ. Et est ꝺstructiu⁹ z destru ctiuus. Constructiue tenet sic: domifica tor est bonus: ergo domus est bona. Lo cus a cã efficiẽte, maxima: Si cã efficiẽs est bona: ipsuz quod fit bonũ est. Destru ctiue sic: domificator nõ est bonus: ergo domus non est bona. Locus a causa effi ciente. Maxima: Cuius causa efficiens non est bona: ipsum quod fit nõ est bonũ z ecõuerso tenet locus ab effectu ad cau sam efficientem.

C Postq̄ auctor determinauit de cā in cōi tā diffinitiue q̄ diuisiue: dic cōsequēter in spāli vult determinare de locis a cā: Et p̄mo de loco a cā efficiēte eo q̄ cā efficiēs ceteris est nobis notior. Rōne cuius ipsam p̄mo sic diffinit. Cā efficiens est a q̄ p̄mo fit motꝰ. In q̄ diffinitōe p̄mo subintelligitur cā loco gnīs diffiniti. Et ponit a q̄ p̄mo fit motus ad diam aliarū causarū q̄rū nulla p̄mo causat motū siue oductione effectꝰ q̄z efficiēs tm̄ sic pz in pductōe effectꝰ. Finis enī rōne sue bonitatis p desideriū mouet ⁊ attrahit appetitū a genitis ad pducēdū effectū: ⁊ efficiēs sic motū ⁊ tractū a fine disponit materiā ad introductōez forme: ⁊ sic primo

Primo causat motū quo pducit effectus.

sciendū q̄ locus a cā efficiēte ē habitudo ipsiꝰ ad suū effectū: ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue. Affirmatiue sic: domificatoꝛ ē bonꝰ: ergo domꝰ ē bona. Maxima: Cuiꝰ cā efficiēs est bona ipm quoq; bonū ē: que maxima debet intelligi de bonitate efficiētis inq̄ntū efficiens: ⁊ nō de bonitate moris: uel de bonitate eiꝰ fm se. silr debz intelligi de bonitate forme effectꝰ: ita q̄ si efficiēs sit bonū in rōne cause efficientis. ⁊ ut pducit effectū sequit̄ q̄ effectꝰ erit bonꝰ bonitate forme eiꝰ: nō aūt loquēdo de bonitate finis ⁊ totiꝰ cōpositi: q̄z si domificatoꝛ sit bonꝰ artifex ⁊ opet̄ p fecte fm artē eiꝰ: ⁊ careat bona mā: tūc domꝰ nō erit bona bonitate finis q̄z tm̄modo bonitate forme q̄ puenit ab efficiente. Negatiue tenet sic: domificatoꝛ nō est bonꝰ q̄ domꝰ nō ē bona. Maxīa: Cuiꝰ efficiēs malū ē ipz quoq; malū ē.

Secūdo sciēdum q̄ licz cā efficiēs est duplex. s. cā efficiēs in actu: ⁊ cā efficiēs in potētia: ut respectu domꝰ domificatoꝛ ē cā efficiēs in potētia: ⁊ domificās est cā in actu respectu fieri domꝰ. Et q̄libz iterū diuidit: q̄z q̄dā est cā vniuoca q̄ pducit effectū sibi similez in spē: ut bō generās hominē est efficiēs vniuocū. Aliud ē efficiens eq̄uocū q̄ pducit effectū sibi dissimilē in spē: ut sol generās hominē est agēs eq̄uocū. vñ arguēdo a cā efficiēte in potētia ad suū effectū debet argui ab eē cause ad eē i potētia respectu effectꝰ ⁊ nō ad eē in actu: ut domificatoꝛ est: ergo domꝰ ē in potētia. ⁊ arguēdo a cā efficiēte in actu debet argui ab eē eiꝰ ad fieri ipsiꝰ effectus. Et arguēdo a cā vniuoca tenet iste locꝰ respectu omniū p̄dicatoꝝ q̄ conueniūt ipsi cause a tota spē: ut plato ē risibil: ergo sortes ab eo genitus est risibil. Sz arguendo a cā eq̄uoca solū tenet respectu

Tertio bonū p̄dicatoꝝ bonū ⁊ malū esse ⁊ fieri.

sciendū q̄ locus ab effectu cause efficiēt̄ ē habitudo eiꝰ ad suā cām. Et tenet affirmatiue sic. domꝰ ē in fieri: ergo domificās est. Maxima: Posito effectu p̄opin quo cause efficiētis ponit̄ ipm efficiēs: Pōt etiā argui respectu boꝝ p̄dicatoꝝ bonū ⁊ malū eē ⁊ fieri. Et tenet negatiue sic: domꝰ nō est bona: ergo domificatoꝛ nō est bonus. Maxima: Cuiꝰ effectꝰ nō est bonꝰ ipm quoq; nō est bonū ⁊ debet intelligi q̄ si effectꝰ nō sit bonꝰ q̄ntū ad pfectōez forme eiꝰ: efficiēs nō est bonū inq̄ntū efficiēs uel pducēs talem effectū: sicut p̄ius dictū est in loco a causa efficiente.

Quarto sciendū q̄ efficiēs duplr se bz ad suū effectū. Q̄nq; enī efficiēs req̄rit̄ tm̄ q̄ntū ad fieri ipius effectꝰ ⁊ nō q̄ntū ad eē: ut domificatoꝛ respectu domꝰ solū req̄rit̄ ad fieri ⁊ nō q̄ntū ad eē. Sz q̄nq; req̄rit̄ ⁊ q̄ntū ad fieri: ⁊ q̄ntū ad eē: ⁊ ad obseruationē in eē: ut diei sol ē cā quo ad fieri ⁊ quo ad eē: ⁊ de respectu omniū creaturarū. Et arguēdo ab effectu cause efficiētis q̄ req̄rit̄ quo ad fieri tm̄ ⁊ nō quo ad eē effectꝰ: nō sequit̄ eē cause i p̄ti: sz in p̄terito tm̄. sz ad fieri effectꝰ sequit̄ eē illiꝰ cause. Sed arguēdo ad efficiēs req̄sitū ad eē ⁊ fieri sil semp sequit̄ affirmatiue eē cause ad eē effectꝰ: ut bñ sequit̄ dies ē: g̃ sol ē. Et q̄ est habitudo necaria cause ad effectū: etiā sequit̄ negatiue a negatiōe effectꝰ negatio cause. Sz q̄ habitudo ē ordinēs nō tenet negatiue. ut nō sequit̄ sortes nō est: g̃ deꝰ nō ē. Sz isti diuersi modi arguēdi nō sumūt̄ ab efficiēte in q̄ntū efficiēs ē: sz ab efficiēte inq̄ntū tale uel tale efficiēs ē.

Contra predicta arguitur p̄mo sic: cā efficiens ē de cōsideratōe phisici q̄ sit cā motꝰ: ergo nō est de cōsideratōe logici: ⁊ sic bñ male diffinit̄. Secūdo sic: efficiēs nō mouet nisi p̄ius moueat̄ a fine: ergo finis ē a quo p̄mo fit motꝰ ⁊ nō cā efficiens. Tertio sic: cā efficiēs ē extrinseca suo effectu: g̃ in loco a cā efficiēte termin⁹ inferēs ē extrinsecꝰ termino illato: ⁊ sic erit locꝰ extrinsecꝰ: ⁊ p cōs male diffinit̄ intē locos intrinsecos. Quarto sic: nō sequit̄ deꝰ ē bonꝰ: ergo latro ē bonꝰ: ergo locꝰ a cā efficiēte nō tenet affirmatiue. Quinto sic: nō seq̄t̄ domꝰ ē: g̃ domificatoꝛ ē: q̄ū accedens sit vez ⁊ cōs falsū: g̃ locꝰ ab effectū cāe efficiēt̄ nō tenet obstructiue.

Ad argumenta. Ad primum istoꝝ dr̄ q̄ licz cā efficiēs inq̄ntū ē cā motꝰ ⁊ rerū nāliū ⁊ p̄ncipiū cognoscēdi ipas sit de cōsideratōe phisici: tm̄ inq̄ntū ab ipa sumit̄ locꝰ dyalecticꝰ p habitudinē ad suū effectū ipsa ē de cōsideratōe logici. Ad secundū dicit̄ q̄ licz a fine fiat motꝰ intētional ⁊ spūal in efficiēte: tm̄ ab ipo nō fit p̄mꝰ motꝰ real: de quo h̄ solū intelligit̄. finis enī nō mouet intētionē agētis motu p̄prie dicto q̄z tm̄ p similitudinē sicut pomū appēhensū intētionalit̄ mouet appetitū pueri ad pfectōez ei. Ad tertiū dicit̄ q̄ cā efficiēs fm eē sit extrinseca effectui: tm̄ fm virtutē ⁊ similitudinē eiꝰ ē aliquo mō sibi intrinseca: ⁊ h̄ mō sufficit ad cāndū locū intrinsecū q̄z h̄ sumit̄ argumentū a cā efficiēte ea pte q̄ pueniut cū effectu. Ad quartū dr̄ q̄ ibi nō arguit̄ a cā efficiēte ad suū effectū eo q̄ latro notat vitiū cuiꝰ vitiū deꝰ nō est cā: q̄z enī deꝰ sit cā efficiēs bonis: tm̄ nō ē cā vitiorꝝ eiꝰ: ⁊ bñ sequit̄ deꝰ ē bonꝰ: g̃ h̄ō latro q̄ntū ad bōnitatē eiꝰ ē bonꝰ s. bonitate entis: q̄z nō bonitate moꝝ. Ad quintū dicitur q̄ ibi nō sequit̄ q̄z arguit̄ ab eē effectꝰ ad eē cause q̄ req̄rit̄ q̄ntū ad fieri tm̄ ⁊ nō quo ad eē: ⁊ respectu tal cause non tenet iste locꝰ ab effectu arguēdo respectu illiꝰ p̄dicati est.

Materia enī est ex q̄ cū alio aliqd fit. Et est duplex: q̄dā enī est p̄manēs ⁊ q̄dā est trāsiens. Permanēs ut in cultello ferrū. Trāsiēs ut i pane farina ⁊ aq̄. Et diffinit̄ etiā sic materia. materia est q̄ tm̄ est in potētia. Locꝰ a cā materiali est habitudo ipsiꝰ ad suū effectū. ⁊ est cōstructiuꝰ et destructiuꝰ. Cōstructiue sic: ferrū est: ergo arma ferrea p̄nt eē. maxima: Posita cā māli possibile est eiꝰ effectū poni. Destructiue sic: ferrū non est: ergo arma ferrea nō p̄nt eē. Locus a cā materiali. maxima: Remota causa materiali p̄manēte remouet̄ ⁊ eius effectus. Locus ab effectu cause materialis p̄manētis. maxima Posito effectu cause materialis p̄manentis ponitur eius causa. Locus ab effectu cause mālis transeuntis tenet obstructiue ut uitrū ul̄ panis est: ergo filix uel farina fuit. materia enī trāsiens non manet sed trāsfertur in aliam materiā. locus ab effectu cause material̄ trāseuntis. maxima: Posito effectu materie trāseuntis necesse est ipsam materiam p̄fuisse.

C Postq̃ autor determinauit de loco ꝛ cã efficiente: hic consequẽter determinat de loco a cã mãli. Rationẽ cui⁹ sic ꝑmo diffinit materiã. Materia est ex qua cũ aliquo fit aliquid: q̃ diffinitio sic debet intelligi: materia est cã ex q̃ cuz alio. i. cũ forma fit aliq̃d. s. totũ cõpositũ. Et ponit ibi cã loco gnis: ꝛ totũ residuũ ad ōriam aliarũ causarũ. vñ ex fine ꝛ efficiente nõ fit totũ cõpositũ: qũ ille cause sint extrinsece ꝛ etiam ex forma nõ fit totũ cõpositũ tanq̃ ex materia ex q̃ sicut intelligit̃ de materia in ista diffinitõe. ipsa enī matia est ꝑma potẽtia ex qua ꝑmo originat totũ cõpositũ. Et alit̃ sic diffinitur: Materia est q̃ tñ est ens in potẽtia: qz materia de sua natura nõ habet eẽ in actu ſz in potẽtia tñ.

Primo sciẽdũ q̄ materia dupl'r accipit̃. Uno mõ specialit̃ ꝑut est primũ subiectum forme substantial': ꝛ est ps cõpositi de gnẽ substantie. Alio mõ capitur eõiter ꝓ oĩ illo ex quo ꝑ modũ potẽtie cõponit̃ aliquid. siue ꝓ oĩ illo quod occurrit ad cõpositionẽ alterius tanq̃ potẽtia recipiẽs eẽ: ꝛ sic repit̃ tã in rebus nãlibus q̃ artificialib⁹: ꝛ tã in rebus corporalib⁹ q̃ spũalib⁹. ꝛ ꝺ mõ capit̃ hic. Et sic diuidit̃: qz quedã est materia ꝑmanens et transiens. Permanẽs est illa q̃ sub ꝓpria forma ꝛ specie ꝑmanet in suo effectu: ut ferrũ in cultello. Trãsiens est illa que sub ꝓpria specie ꝛ rõne nõ ꝑmanet in suo effectu: ſz de vna specie trãsit in aliam in ꝺstituẽdo effectũ: ut in pane farina ẽ: filix ī vitro: ꝛ lutũ in laterib⁹.

Secundo sciendũ est q̄ locus a cã mãli est habitudo ipsi⁹ ad suũ effectũ. Et semp tenet affirmatiue in q̃libet materia trãseunte ꝛ ꝑmanente: ut aq̃ ꝛ farina sunt: ergo panis põt eẽ. Maxima: Posita cã mãli ponit̃ ei⁹ effectus fm potentiam eo q̄ materia dicit eẽ potẽtiale ipsi⁹ effect⁹ qũ sit in potẽtia ad suũ effectũ. Sed iste locus tenet destructiue in materia ꝑmanẽte: ut ferrũ nõ est: ergo arma ferrea nõ sunt. Maxima: Remota materia ꝑmanẽte remouet̃ ei⁹ effectus. sed in materia transeunte nõ tenet negatiue: ut nõ sequit̃ filix nõ est: ergo vitrũ nõ est: eo q̄ tal' effect⁹ põt eẽ non existente illa materia q̃ nõ est ꝑmanens in suo effectu. Si tñ destruat̃ transiens ꝑ toto tpe pñti in ꝓterito sequet̃ destructio effect⁹: ut dicẽdo filix nõ est: ergo vitrũ non est.

Tertio sciendũ q̄ iste locus a cã mãli solum tenet ꝺstructiue ab eẽ materie ad posse eẽ ipsius effect⁹: ꝛ nõ ad eẽ ipi⁹ in pñti. Cui⁹ rõ ẽ: qz arguẽdo a cã ad effectũ ab eẽ cause debet inferri eẽ effect⁹ eo mõ quo ponit̃ in tali cã. sed eẽ effect⁹ materie ponit̃ in potẽtia tñ ꝛ nõ in actu eo q̄ materia est ens in potẽtia tñ: ideo arguendo affirmatiue a materia arguit̃ ab eẽ ei⁹ ad posse eẽ in futuro ipsius effectus. Et ꝺ potest argui nõ solũ a materia ex qua: ſz a materia ī qua ꝛ circa quã: qz gnãliter ois materia ponit potẽtialiter esse sui effectus: ut bene sequit̃ corp⁹ est ergo albũ põt eẽ. uel scibile est: ergo scientia potest esse.

Quarto sciendũ est q̄ locus ab effectu cause materialis est habitudo ipsius ad materiã ei⁹. Et in q̃libet materia tenet ꝺstructiue. ſz in materia ꝑmanente arguit̃ ab eẽ effect⁹ ad eẽ cause in pñti: ut cultellus ẽ ergo ferrũ est. Maxima: Posito effectu materie ꝑmanentis necessario ponit̃ illa materia q̃ remanet in suo effectu. Sed in materia transeunte tenet arguendo ab eẽ effect⁹ nõ ad eẽ ipsius cause in pñti: ſz ad fuisse in ꝓterito: ut vitrũ est: ergo filix fuit. Sed iste locus nõ tenet destructiue: quia destructo posteriori nõ oportet ꝑius destrui: ſz effect⁹ est posterior sua cã mãli ió ꝺstructo effcũ nõ oz destruẽ illã mãz.

Sed contra predicta arguit̃ ꝑmo sic: hec diffinitio materie conuenit forme: qz ex forma cũ materia fit aliq̃d. s. totũ cõpositũ: ergo nõ cõuenit soli diffinito. Secundo sic: ois materia est in actu ꝑ formã q̃ materia sit sub forma: ergo materia nõ est ens in potẽtia tñ. Tertio sic: materia requirit̃ in cõposito tam ad eẽ q̃ ad fieri: ergo ois materia remanet in eẽ sui effect⁹. ꝛ ꝑ consequẽs ois materia est ꝑmanẽs ꝛ nulla est transiẽs.

Quarto sic: nõ sequit̃ ligna ꝛ lapides sunt: ergo domus põt eẽ: qz ad possibilitatẽ dom⁹ nõ sufficit possibilitas materie ei⁹: ſz req̃rit̃ possibilitas efficiẽtis ei⁹. ió si nõ eẽ domificato⁹ ꝓximũ antecedens possz eẽ verũ ꝺnte exñte falso. q̃ loc⁹ a cã mãli nõ tenet affirmatiue. Quinto sic: nõ sequit̃ cultell⁹ ẽ: ergo ferrũ ẽ: qz cultell⁹ põt esse ex alio metallo: ergo loc⁹ ab effectu cause mãl' ꝑmanẽtis nõ tenet affirmatiue.

Ad argumẽta. Ad ꝑmũ dicit̃ q̄ si capiatur ex gnãlit̃ ut dicit habitudinẽ cuiuslibz cause: sic ex forma cũ matia fit totũ cõpositũ. ſz si capit̃ ſpãliter ut dicit habitudinẽ potẽtie ex q̃ ꝑmo fit cõpositũ: sic oppositũ nõ ꝺr fieri ex forma: ꝛ sic capiat̃ in diffinitione materie. Ad secundũ dicitur q̄ licz mã fm q̄ est actuata ꝑ formã sit ens in actu: tñ fm essentiã ei⁹ est ens in potẽtia tñ: qz de sua nã nõ includit aliquẽ actũ. Ad tertiũ ꝺr q̄ ls ois mã aliquo mõ remaneat in effectu fm suaz essentiã ꝺfusam: nõ tñ semp remanet sub ꝓpria spẽ ꝛ rõne quã habebat anteq̃ faceret cõpositũ: qõ tñ req̃rit̃ ad ꝺ q̄ dicat̃ mã ꝑmanẽs. Ad quartũ dicit̃ q̄ ad eẽ materie nõ sequit̃ possibilitas effect⁹ q̃ attẽdit̃ in ordine ad oẽs suas causas. ſz bñ sequit̃ possibilitas effect⁹ q̃ se tenet ex pte cause mãlis: ió posita cã mãli ponit̃ ei⁹ effect⁹ fm potentiam passiuam materie. Ad quintũ dicit̃ q̄ ibi nõ arguitur a causa materiali ad suũ effectũ: qz cultellus in cõi nõ est effectus ferri. sed cultellus ferreus: ꝛ tũc semp sequit̃ cultellus ferreus est: ergo ferrũ est.

Forma est que dat esse rei ꝛ conseruat eam in esse. locus a causa formali est habitudo ipsius cause formalis ad suum effectum. Et tenet constructiue ꝛ destructiue. Constructiue sic: Albedo est: ergo album est. locus a causa formali. maxima: Posita causa formali ponitur ꝛ ei⁹ effectus. Destructiue sic: Albedo non est: ergo album non est. maxima: Remota causa formali remouetur ꝛ ei⁹ effectus. Econtra uero est de effectu cause formalis.

C Postq̃ determiatũ est de loco a cã mãli: hic ꝺnter determinat̃ de loco a cã formali. q̃ quidẽ forma fm eẽ ꝛ via gnãtiõis seq̃t̃ mãz. Rõne cui⁹ ipaz sic ꝑ⁹ diffinit: Forma ẽ q̃ dat eẽ rei ꝛ ꝺseruat rẽ in eẽ vbi itelligit̃ cã loco gnis diffiniti. Et ponit̃ q̃ dat eẽ rei ad ōriaz matie q̃ nõ dat eẽ simplr ꝛ ī actu ipi rei. mã enī ẽ recipiẽs eẽ cõpositi. ꝛ forma ẽ dãs ꝛ influẽs ipm eẽ. ꝛ si fit forma subãlis dat eẽ subãle: ꝛ si fit accñtal' dat eẽ accñtale. deinde ponit̃ ꝛ ꝺseruat rẽ in eẽ ad ōriaz cause efficiẽt̃ ꝛ final'. q̃ q̄nq̃ solũ requirunt̃ q̄ntũ ad fieri ipsi⁹ rei: ꝛ nõ q̄ntũ ad eẽ. ſz forma ſp req̃rit̃ ad eẽ rei.

Primo sciendũ q̄ q̃dã ẽ forma ꝑtis q̃ actuat partẽ cõpositi. s. mãm: rõne cui⁹ ꝺr forma ꝑtis. alia ẽ forma toti⁹: q̃ ẽ act⁹ toti⁹ cõpositi resultãs ex vnione forme partis ꝛ materie. ꝛ dicitur forma totius eo q̄ infor/mat ipsum totũ quantũ ad omnes partes cõponẽtes ipsũ: sicut in aĩato aĩa est forma ꝑtis que informat ipm corp⁹ qõ est materia aĩati ꝛ eẽ aĩatũ resultãs ex vnione aĩe cũ corpe ẽ forma toti⁹ eius. ꝛ q̃libet iterũ diuidit̃: qz quedã est forma cõmunis: ꝛ quedã ꝓpria: ut respectu hominis forma toti⁹ cõmunis est animalitas. humanitas est forma ꝓpa: sed forma partis cõis est anima: ꝛ anima rationalis est forma partis sibi ꝓpria. Et de qualibet harũ formarũ potest intelligi diffinitio forme ꝑius posita: licz perfecti⁹ cõueniat forme ꝓprie q̃ cõmuni: ꝛ forme totius q̃ forme ꝑtis.

Secūdus modus ꝓuenit ex particulari idētitate aliquorū duorum in aliquo tertio: Vel qñ aliqō cōe ꝑdicaf̄ de aliquibus duobus cū quibus est in parte idem ⁊ in pte diuersum. ⁊ propter hoc illa duo creduñ eē eadem inter se ut hic: soztes ē homo: plato est hō: ergo soztes est plato: Similiter hic: homo est aial: equus ē animal: ergo equus est homo. Dicendū q̄ nō opoztet q̄ si aliqua duo cōueniant in aliquo tertio q̄ propter hoc cōueniant inter se. Tertius modus pzouenit qñ ex duobus aliquibus diuisim sumptis male inferf̄ aliquod coniunctū fm accidens ut iste lapis est albus ⁊ est monachus: ergo est albus monachus: Silr hic: iste canis est paf̄ ⁊ est tuus: ergo est pater tuus nō sequitur: quia licꝫ illa cōueniant in aliquibus fm partē: tñ fm aliam partē differūt. Et sciendū q̄ nō licet inferre ex diuisis coniunctū: ut habef̄ secūdo perihermenias. qñ diuersa accidētia sibiinuicem per accidens conueniētia: sicut albū eē monachū. similiter qñ duo predicātur quorū secundū intelligitur in primo: ut uniuersale in suo specialiozi. ut iste homo ⁊ est animal: ergo homo est aial: quia animal intelligif̄ in homine sicut albū in homine albo. Sed in oibꝰ aliis licet ex diuisis inferre coniunctū. Unde notandū q̄ qñ aliqua duo accidētia predicātur de aliquo quorū primū in subiecto est per alterū ⁊ non per se. ⁊ ex talibus diuisim captis nō licet inferre cōiunctū uel ecōtra: ut iste est albus ⁊ est monachus: ergo est albus monachus. Nam albedo non est in subiecto fm se sed fm habitū. similiter ex ꝯiunctis nō licet inferre diuisū qñ ista que coiungūtur diminuūt de ratione alterius: ut ille homo est mozt̄us: ergo est homo ⁊ mozt̄us. In omnibꝰ autē aliis licet ex coniūctis inferre diuisū. sed illud ultimū argumentum facit fallaciam fm quid ad simpliciter. Accidens sic diffinitur ab Aristotele: Accidēs est quod est extraneū in parte idem ⁊ in parte diuersum: fm accidens fiunt paloglismi qñ idē similiter fuerit assignatuꝫ ineſſe rei subiecte ⁊ accidēti: ut homo est species: soztes est homo: ergo soztes est species: hō enim fm q̄ sibi conuenit eē speciem aliter capitur a modo per quem cōuenit soꝛti ⁊ platoni quia cōuenit ei esse speciē: ut est essentia quedā cōis predicabilis de pluribus. ⁊ prout est in pluribus sic ē in soꝛte ⁊ platone: ⁊ sic est soꝛtes accidēs: homo uero res subiecta: ⁊ species significaf̄ utrisq; ineſſe. Uñ accidens nō sumif̄ hic ut diffinitur a Porphirio sed ut dictū est.

¶ Postq̄ auctor determinauit de fallacijs extra dictiōem enumerādo ipsas in gnāli: hic ꝓsiter in spāli determinat de ipsis. ⁊ primo de fallacia accidētis q̄ efficacioꝛ est inter oēs fallacias ad decipiendū: rōne cuius sic pmo diffinit accidens: Accidens est qō est extraneū rei id est in pte idem ⁊ in pte diuersū ab alio. Accns autē tripliciē capif̄. Uno mō p illo quod dicit absolute naturā accntis ut diuidif̄ ꝯtra substantiā: ⁊ sic nō capif̄ hic. Alio modo sumif̄ magis cōiter pro oī illo qō aduenit rei ⁊ est extra eētiā eius ⁊ intellectū: ⁊ h̄ modo inferꝰ dicif̄ accidere suo supioꝛi: ⁊ istis duobus modis nō sumif̄ h̄ accns. Tertio modo accipif̄ accns cōiter p illo qō est extraneū alteri inquātū stat sub aliquo tertio. ⁊ h̄ mō nō solū inferꝰ accidit supioꝛi sz supiꝰ inferioꝛi: ut si soztes capiaf̄ sub isto attributo indiuiduū: hō accidit soꝛti: qz est sibi extraneꝰ inquantū soꝛti ꝯuenit in tertio indiuidui. hō enī ptim differt cū soꝛte: iō p h̄ dr̄ sibi accns: ⁊ p tali accnti daf̄ ista diffinitio: ⁊ ab ipo sūif̄ fallacia accntis.

Primo sciendū q̄ in fallacia accntis semp tria requirūf̄. s. attributū: res subiecta: ⁊ accns. Attributū est maioꝛ extremitas q̄ in pmissis pmo attribuitur medio. Res aūt subiecta est illud qō primo subiicif̄ attributo uel in actu uel in aptitudine. Accns vō est illud qō ptim ꝯuenit ⁊ ptim differt a re subiecta. ⁊ accidit sibi inq̄ntū stat sub tali attributo: ut hic soztes est indiuiduū: hō est soztes: ergo hō est indiuiduū. Indiuiduū est attributū. soztes ē res subiecta: ⁊ hō accidit soꝛti ea pte q̄ soztes stat sub isto attributo qō ꝯuēit soꝛti inq̄ntū differt ab boīe: ⁊ inde sumunt cause huius fallacie. Cū apparētie eius ē ptialis ꝯueniētia accntis cū re subiecta ꝓpt̄ quā creditur q̄ accns cōueniat cū re subiecta ea pte q̄ sibi ꝯuenit attributū. Cā falsitatis est diuersitas accntis ⁊ rei subiecte uel ipsius medii qō fm diuersas rōnes ꝯuenit cū extremis. Et fm h̄ sic diffinit hec fallacia q̄ est idoneitas decipiēdi ꝓueniēs ex ptiali cōueniētia accntis cū re subiecta q̄ tñ differūt fm diuersas rōnes. vñ semp cōmittif̄ hec fallacia qñ ꝓpt̄ cōuenientiam duoꝝ in vno tertio fm diuersas rōnes creditur ꝯueniētia eorum inter se aut qñ vnū negaf̄ ab alio ea pte q̄ differt a suo

Secūdo accnte. ⁊ ꝓpt̄ h̄ negaf̄ de suo accnte. sciendum q̄ huius fallacie ponūtur tres modi. Primus modus ē qñ accns est inferꝰ rei subiecte. et ꝓpter h̄ ꝓpriū attributū rei subiecte attribuit inferiozi eius fm quē hic palogizaf̄: aial est genꝰ: hō est aial: ergo hō est genꝰ: ibi genꝰ est attributū conueniēs aīali ea pte q̄ differt ab boīe: ⁊ p h̄ infertur de boīe q̄ accidit aīali ut stat sub illo attributo. Et silr h̄: omne es est nāle: statua est es: ergo statua est nālis. nāle enī ꝯuenit eri ut est ens in actu ⁊ statue fibi ꝯuenit inq̄ntū ē in potētia ad figurā ei⁹: ⁊ ita accidit ei ꝑut stat sub illo attributo. Et silr h̄: hō est aial: equus ē animal: ergo equus est hō: equꝰ enī accidit aīali ꝯsiderato ut ꝯuenit cū boīe. Et silr hō nō est indiuiduū: soztes est hō: ḡ

sortes nō est indiuiduū. ibi indiuiduū negat ab homie ea pte qua differt a sorte. Et oēs isti palogismi soluūt negando ꝯsequentiā: q2 nō oportet q3 si aliq̄d dicat vel neget de supiori ea pte q̄ differt ab inferiori: q3 ꝓpter hoc neget vel affirmet de inferiori: quia ibi medium nō tenet sub eadem ratione in duabus premissis.

Tertio sciendū q3 secūdus mod⁹ est qñ accidēs est supius rei subiecte ⁊ ita q3 cōuenit inferiori ea pte qua differt a supiori inferē de supiori ut hic: sortes est indiuiduū: hō est sortes: g̃ hō est indiuiduū. Silr hic: hō est spēs: substantia est hō: g̃ substātia est spēs: ibi spēs attribuit hoi ea pte qua differt a substātia: iō substantia accidit hoi ut stat sub illo attributo. Et silr hic: iste est monach⁹ ⁊ est albus: g̃ iste est monach⁹ albus. albus enī est accidēs supius accidē tale huic hoi ⁊ differt ab ipso hoīe inquantū sibi inest hoc attributū monach⁹. vñ p hoc q3 iste hō ponit albus ſm se inferē q3 sit albus ſm habitū: ⁊ sic ꝺña non valet. Et silr hic: iste canis est pater ⁊ est tuus: g̃ est pr̄ tuus. ⁊ etiā in alijs arguēdo a diuisis ad cōiūcta. Et isti palogismi soluūt negando ꝯsequentiā: q2 nō oportet si aliq̄d cōueniat inferiori ea pte q̄ differt a suo supiori q3 ꝓpter ea ꝺueniat supiori: ⁊ nō semp oportet q3 ad cōmittendū istū modū sumat illud qō simplr̄ ē superi⁹: ſz sufficit q3 sit supi⁹ vel ſm rē vel ſz modū

Quarto sciendū q3 vltim⁹ modus hui⁹ fallacie est qñ accidens est cōuertibile respectu rei subiecte ut hic: risibile est ꝓpriū: hō est risibilis: g̃ hō est ꝓpriū. vel sic: risibile est qualitas: hō est risibilis: g̃ hō est q̄litas: ibi ꝓpriū cōuenit vni ꝺuertibiliū ea pte qua differt ab alio ⁊ ꝓpter hoc inferē de alio. Et silr hic: hō est quoddam incōplexū: aīal rōnale est hō: g̃ aīal rōnale est quoddā incōplexū. ibi aīal rōnale accidit hoi ut stat sub hoc attributo incōplexū qō cōuenit hoi inquantū differt a sua diffinitione: ⁊ ꝓpter hoc inferē de ipsa. Et soluunt isti palogismi negādo ꝯsequentiā: q2 si aliq̄d affirmat vel negat de vno cōuertibiliū ea pte qua differt ab alio nō oportet ꝓpter hoc q3 affirmet vel negetur de alio. Et hec assignatio modoꝝ hui⁹ fallacie ⁊ accidentis ⁊ rei subiecte ponunt ſm Petrū hispanū in magnis fallacijs eius: licet hic ī textu ponat alia assignatio ipsoꝝ que hic in textu videri potest.

Contra predicta arguit ꝑmo sic: nulla ē fallacia substātie: ergo nulla est fallacia accidētis p locū a simili: g̃ contra ꝑdicta.

Secūdo sic: in oi sillogismo mediū est in pte idē ⁊ ī pte diuersū cū extremis: g̃ si accidēs sit qō est in pte idē ⁊ ī pte diuersū sequit q3 in quolibet sillogtsmo erit accidēs qō tñ est falsū. Tertio sic: illud qō est de essentia rei nō est accidens eius: oē supius est essentia inferioris: g̃ nullū supius accidit suo supiori. Quarto sic: arguendo ex puris affirmatiuis in secūda figura cōmittit fallacia accidentis ⁊ tñ iste mod⁹ nō enumerat inē istos modos: g̃ male assignat.

Quinto sic: arguēdo a diuisis ad cōiuncta est bona ꝺña ut pz in secūdo Peryarmenias: g̃ a diuisis ad cōiuncta nō est fallacia accidentis.

Ad argumēta. Ad ꝑmū dicit q3 hic nō capit accidēs ut distinguit ꝺ substantiā: ſz capit ꝓ extremo vel nō necessario: iō nō sequit q3 si nulla sit falsacia substantie q3 nulla sit fallacia accidētis. Ad secūdū dicit q3 licet in oi sillogismo mediū ptim ꝺueniat ⁊ ptim differat ab extremis: tñ in bouo sillogismo nō accipit ut cōueniēs ⁊ differens ab ipsis: ſz in vtraq3 premissaꝝ sub eadē rōne tenet ⁊ extremitates in ipso vniunt sub eadē rōne ⁊ nō sub diuersis: aliē nō sequeret vnio extremitatū inē se. Ad tertiū dicit q3 ſz nullū superi⁹ accidat simplicit ⁊ absolute suo inferiori: tñ bñ accidit sibi cōpatiue: q2 respectu ad vnū tertiuz qō cōuenit inferiori ꝓut differt a supiori. Ad quartū dicit q3 arguēdo ex puris affirmatiuis in secunda figura cōmittit ꝑmus mod⁹ ꝑi⁹ assignat⁹ ⁊ mediū est res subiecta ⁊ inferi⁹ ei⁹ sibi accidit ut stat sub maiori extremitate: ⁊ licet tale mediū nō subijciat actu maiori extremitati: tñ subijcit in aptitudine ⁊ efficit subiectū ei⁹ reducēdo ad ꝑmā figurā cōuersione maioris. Ad quintū dicit q3 arguēdo debite a diuisis ad cōiūcta vel econtra est bona ꝺña: ſz nō qñ arguit indebite ſz tūc cōmittit fallacia accidētis. Et ad arguendū debite a diuisis ad cōiūcta requirit ꝑmo q3 ꝑdictoꝝ diuisoꝝ vnū sit potentiale ⁊ determinabile: reliquum actuale ⁊ determinās. secūdo requirit q3 potētiale ꝓponatur actuali siue determinabile determinatiōi. Et ecōtra arguēdo a cōiunctis ad diuisa requirit q3 in cōiūctis vnum nō sit determinatio ꝑtiās vel diminuēs respectu alteri⁹ ſz cōtrahēs tm: iō nō sequit: est bon⁹ faber: ergo est bonus.

Sequit de fallacia ſm qd ad simplicit Dictū ſm qd appellat hic determinatio diminuēs de rōne uel de esse cui adiūgit ut cū dico hō mortu⁹. mortuuz enī diminuit de rōne hois. Dictū simplicit appellat aliqd indiminutū: ut hō. Fallacia ſm qd ad simplicit est idoneitas decipiēdi ꝓueniēs ex apparēti ꝓña dicti ſm qd ad dictū simplicit. Causa apparētie hui⁹ fallacie est ꝓueniētia hui⁹ dicti qō est ſm qd ad illud qō est simplicit ⁊ econuerso. Causa falsitatis est diuersitas significatoꝝ. Fit autē hec fallacia tot modis quot modis ꝓtingit addere alicui determinationē diminuentē. Primo mō ſm ptez in mō: ut ille est hō mortu⁹: ergo est hō: nō sequit: q2 mortuū diminuit de rōe hois. Et hic chimera est ens opinabile: ergo est ens ñ sequit: q2 opinabile diminuit de rōe hui⁹ qō est esse. Secūdo mō ſm ptē integralē ut ethiops est albus ſm dētes: ergo ē albus. Tertio mō in his q̄ sunt ad aliq̄d: ut diuitie nō sūt bone male utenti: ergo non sūt bone nō sequit. licz enī diuitie cōpate ad aliquid nō sūt bone: tñ in se sūt bone. Quarto mō in his q̄ ſz locū sūt: ut bonū est mactare patrē in triuanis: ergo bonū est mactare patrē suū. Vel sic: bonū ē uti dieta in locis egrotatis: ergo bonū est uti dieta. Quinto mō in his q̄ sūt ſm tps: ut bonū est ieiunare in q̄dragesima: ergo bonū est ieiunare. Vel sic: expedit alicui mederi qñ egrotat: ergo expedit alicui mederi: nō sequit: q2 ſz expediat mederi ſm qd nō tñ simplicit. Sciendū autē q3 in oib⁹ istis inspiciendū est ad ꝓtradictionē: ut si aliqs rñdēs dicat q3 nō expedit mederi: ⁊ opponens assumat q3 expedit mederi qñ egrotat nō cōtradicit ei: ſz stat in

fallacia ſm qd ad ſimplicit. Et ſciendū q eadē eſt fallacia ſi ex eo qō eſt ſm qd in ferat ſimplicit ⁊ ecōuerſo. ⁊ intelligendū eſt q iſta fallacia qñ fit ab eſſe ſm qd ut i plurib⁹ fit affirmatie. ſz qñ fit a dicto ſimpliciter ut in plurib⁹ arguit negatiue.

C Poſtq̄ autor determinauit de fallacia accidētis: hic cō ſequēter determinat de fallacia ſm quid ad ſimplicit. Cui⁹ p̄mo videndū eſt qd ſit dictū ſm qd ⁊ dictū ſimplicit. vñ dictū ſimplicit eſt dictio ſūpta ſine determinatiōe diminuēte: ut hō p ſe vel hō albus. ⁊ tale dictū dicit dictū ſimpliciter hoc eſt pfectū ⁊ non diminutū. Sz dictū ſm qd eſt dictio ſūpta cū determinatiōe p̄uatiue aut diminuēte: ut hō mortu⁹: ⁊ ex habitudine talis dicti ſm qd ad dictū ſimpliciter ſumit vna fallacia ſpecialis eo q ibi reperiunt ſpecia

Primo les cauſe apparentie ⁊ defectus.

ſciendū eſt q cā apparētie hui⁹ fallacie eſt apparēs cōuenientia dicti ſm qd ad dictū ſimplicit ꝓpter quā credim⁹ q talia ſuenant realit ⁊q vnū cōtineat ſub alio qō tñ falſum eſt. Et ei⁹ cauſa defect⁹ eſt diuerſitas illoꝝ dictoꝝ: ⁊ ſm hoc ſic diffinit hec fallacia q eſt idoneitas deciplēdi ꝓueniēs ex apparēti cōuenientia dicti ſm qd ad dictū ſimplicit. ⁊ debet attendi iſta cōueniētia nō ex pte vocū: qz tūc iſta fallacia eſſet falſa in dictōe. Sz debet attēdi ex pte ſignificatoꝝ Sz q hūt ſilitudinē i re ſignificata ⁊ analogiā ſuoꝝ ſignificatoꝝ: ſicut hō pict⁹ ⁊ hō hūt quandā ꝓportionē inter ſe: ideo cōuenienter ponit illa fallacia inter fal

Secundo lacias extra dictionem.

ſciendū q licz dictū ſm qd in quo ponit determinatio cōtrahēs tñ: ut hō albus faciat locū dialecticū. ſ. a pte in modo ad ſuū totū. tñ dictū ſm quid qō fit cū determinatiōe ip̄ropria q̄ eſt diminuēs vel p̄uans bene cauſat locū ſophiſticū. Et talis determinatio imp̄ropria fit quinq; modis. qñq; enim eſt abſoluta ⁊ qñq; reſpectiua. ſi p̄mū hoc eſt dupliciter: vel determinat dictū cui adiūgit rōne toti⁹ p̄uando vel diminuēdo rōnē ei⁹: ut hō pictus vel ens opinabile. vel rōne ptis integralis ſui ſubiecti: ut albū ſm dentes. Si ſit reſpectiua ſic eſt triplicit: qz quedā ſumit p relationē ad aliqō correlatiuū extrinſecū: ut hic diuitie ſūt male: male vtenti. alia reſpectu mēſure q̄ eſt locus: ut bonū eſt interficere patrē in triuallis. Alia reſpectu ptis tpis qō eſt menſura ſucceſſiua ut eſt pijcere merces in mari tpe tēpeſtatis: ⁊ ſm has quinq; determinationes ip̄ropias po

Tertio nunt quinq; modi huius fallacie.

ſciendū q p̄mus modus hui⁹ fallacie eſt arguendo ſm partē in mō diminuentē: ut iſte eſt hō pict⁹: g̃ eſt hō. Secūdus mod⁹ fit arguēdo ſm determiatiōē partis integralis: ut ethiops eſt albus ſm dentes: g̃ eſt albus. ⁊ valet in accidentib⁹ q̄ determināt ſibi certā partē integralem ſui ſubiecti ſicut cecitas determiat ſibi oculū ⁊ ſimitas naſum: ⁊ in accidentib⁹ q̄ p indifferentiā in vna pte ex cōſequēti totū inferūt ut infirmitas dentis denoīat totū hoīez infirmū dū determiatio ptis nō fit determiatio diminuēs tñ accidentia q̄ indifferenē cōueniūt oibus ptib⁹ ⁊ p inherentiā ſūt in vna nō p̄ut denoīare totū: ſicut albedo vel nigredo denoians ſuā ptem integralē eſt determiatio diminuens in iſtis ⁊ facit iſtā fallaciā. Tertius mod⁹ fit arguēdo cū determinatiōe reſpectiua facta ad terminū extrinſecū ut vinū eſt malū febricitanti: g̃ eſt malū. Quart⁹ mod⁹ fit cum determinatiōe ip̄ropria ſūpta ſm locū: ut bonū eſt interficē patrē in triuallis: g̃ bonū ē interficere patrē. Quint⁹ mod⁹ eſt arguēdo ſm determinationē tpis: ut bonū eſt ieiunare in quadrageſima: ergo bonū eſt ieiunare. Et oēs iſti paralogiſmi ſoluunt negando conſequentiā: quia ex dicto ſm quid nō ſequitur dictū ſimpliciter.

Quarto ſciendū q in eiſdē modis ⁊ in eadē falla pōt argui p̄cedendo a dicto ſimplicit ad dictū ſm qd. Cui⁹ rō eſt: qz vbicūq; repit eadē cauſa apparentie ibi eſt eadē fallacia ⁊ etiā idē mod⁹. ſz arguēdo a dicto ſimplicit ad dictū ſm qd eſt eadē cauſa apparētie ſicut arguēdo ecōtra: qz eſt eadē ꝓueniētia dicti ſimplicit ⁊ ſm qd: nō illo mō cōmittit iſta fallacia ⁊ modi p̄ius poſiti: ut arguēdo ſic: hic nō eſt hō: ergo nō eſt hō mortu⁹. vel nō eſt aīal: ergo nō eſt aīal pictū. ſz magis denoīat hec fallacia ſz qd ad ſimplicit q̄ ecōtra: qz arguēdo a dicto ſm qd arguit affirmatiue: ſz arguendo a dicto ſimplicit ut in plurib⁹ arguit negatiue p iſtā fallaciā: iō magis denoīat a paralogiſmis qui fiunt p̄cedendo a ſm quid ad ſimpliciter.

Contra predicta arguit p̄imo ſic: homo albus eſt dictū ſumptus ſine determiatiōe diminuēte ⁊ tñ nō eſt dictū ſimpliciter qz dictū ſimplicit eſt qō ſubmittit ſine additiōe: iuxta illō Simpliciter dico qō ſine addito dico: ergo ꝺ diffinitionē dicti ſimplicit. Secūdo ſic: oē inferius ⁊ minus cōe infert ſuū ſupius ⁊ magis cōmune. ſz dictū ſm qd eſt inferius ad dictū ſimpliciter: ergo bñ infert ipſū: ergo arguēdo a ſm quid ad ſimplicit nō cōmittit fallacia. Tertio ſic: bñ ſequit: eſt hō mortu⁹: ergo eſt mortuus: ⁊ tñ arguit a dicto ſm quid penes p̄mū modū hui⁹ fallacie: ergo male aſſigna tur ille modus. Quarto ſic: ieiunare in quadrageſima eſt ieiunare ſimpliciter nec illa determiatio tpis diminuit rationē adiuncti: ergo ibi male arguit penes quintū modū.

Quinto ſic: a toto in modo ad ſuā partez ⁊ econtra ſunt plures loci dialectici: ergo a dicto ſz quid ⁊ a dicto ſimpliciter debent ſumi plures fallacie ⁊ nō vna tñ.

Ad argumēta. Ad p̄mū iſtoꝝ dicit q ſi capiat dictū ſimplicit ut tantū valet ſicut cōtracte ut ſumit in loco a toto in modo: ſic hō albus nō eſt dictū ſimplicit. ſz ſi capiat dictū ſimplicit ꝓut ſimplicit tantū valet ſicut pfecte ⁊ nō diminute ſicut capit in p̄ti paſſu ſic hō albus eſt dictū ſimplicit. Ad ſecūdū dicit q licz dictū ſm quid qō fit cū determiatiōe contrahente tñ ſit inferi⁹ ad dictū ſimpliciter: non tñ dictū ſm qd qō fit cum determiatiōe diminuēte vel p̄uāte: ſz magis opponit dicto ſimplicit. Ad tertiū dicit q licz hō mortuus ſit dictū ſm quid reſpectu boīs: qz mortuū diminuit de rōne boīs: tñ reſpectu mortui eſt dictū ſimplicit: qz hō nō diminuit de rōne mortui: iō ibi non arguit a dicto ſm qd p iſtā fallaciā. Ad quartū dicit q licz in quadrageſima nō diminuat de rōne hui⁹ qō eſt ieiunare abſolute: tñ hñ diminuit reſpectu hui⁹ qō dico bonū: iō arguit cuz determiatiōe diminuēte ſm tps. Ad quintū dicit negando conſequentiā: qz a toto in modo ⁊ a pte ei⁹ ſūt diuerſe virtutes ꝓbatiue ⁊ diuerſe habitudines locales: iō ibi ſumunt plures loci dialectici: ſz a dicto ſm quid ad ſimplicit ⁊ econtra eſt tñ vna cauſa apparentie: ideo ibi nō ſūt plures loci ſophiſtici: nec eſt ſimile de ipſis.

Elenchus eſt ſillogiſmus ꝓtradictionis uni⁹ ⁊ eiuſdē: nō nois tñ: nec etiā rei tñ: ſz nois ⁊ rei ſil: nō ſynonimi ſz eiuſdē ⁊ ex his q̄ data ſūt de neceſſitate: nō cōnumerato eo qō erat in p̄ncipio ad idem ſm idē ſil⁹ ⁊ in eodē tpe. Elench⁹ eſt ſillogiſmus ꝓtradictiōis. i. ſillogiſmus ꝓcludens ꝓtradictoriā, ꝓpōnis date a rñdēte In diffinitiōe elenchi quedā ponūt rōne ſillogiſmi ut ex his q̄ data ſunt ex neceſſitate accidere p qō remouet fallacia acci-

dentis. Et ponit nō cōnumerato eo qō erat in ꝓncipio ꝓ qō remouet petitio ꝓncipij ut postea patebit. Alia ponūt rōne ꝓtradictiōis ut uni⁹ t eiusdē. i. uni⁹ subiecti t ꝑdicati. Añ nisi esset idē subiectuz t idē ꝑdicatū nō eēt ꝓtradictio: ut ethiops est niger: ethiops nō est niger ſm dentes ex quo nō est idē ꝑdicatū iō nō est ꝓtradictio. Et ſil'r hic: null⁹ hō mortu⁹ currit: t qdā hō currit nō est ꝓtradictio: qz nō est ibi idē ꝑdicatū. Jtē ſm idē ad idez ſil'r t i eodē tpe ponūt rōne ꝓtradictiōis t ꝓtra istas ḡttuoz ptes peccat hec fallacia q̄ dicit ignorātia elenchi ſm q̄ est una de tredecim fallacijs. Alio mō accipit generaliē t tūc sic diffinit: Jgnorātia elenchi est un⁹ defectus gnālis ad quē reducunt oēs alie fallacie ostendēdo qūo peccat contra istas ꝓticulas ut postea patebit. Jste eni ꝓticule nō nois tm̄: nec rei tm̄: ſz nois t rei ſil': nō ſynonimi t sic de alijs ponunt rōne sillogiſmi t rōe ꝓtradictiōis: qz iste exigūt q̄ nomē sit unū t res una. t q̄ nō sit nomē ſynonimū. Añ nō est ibi ꝓtradictio marc⁹ currit t tulli⁹ nō currit. Nec est ibi sillogiſm⁹: nois gladi⁹ scindit: qōdaz instrumentū est ensis: ergo qōdā instrumentū scindit. Fallacia ignorātie elenchi est idoneitas decipiēdi ꝓueniēs ex apparēti obſeruatōe ꝓticulaꝝ diffinitiōis elēchi q̄ ꝓueniūt ei rōe ꝓtradictiōis tm̄. ſ. ad idē ſm idē ſil'r t in eodē tpe. Causa apparētie hui⁹ fallacie est ꝓueniētia dictoꝝ ſz qd ad dicta ſimplicit̄. Causa falſitatis ē diuersitatis eoꝝdē. Añ hui⁹ fallacie elēchi sūt ḡttuor mōi. Prim⁹ mod⁹ est ꝓtra hāc ꝓticulā ad idē ut duo sūt duplū uni⁹ t nō sūt duplū triū: ergo sūt duplū t nō duplū. t in utraq; ꝑmissaꝝ nō sumit duplū ad idē t iō ñ sequit. Secūdus mod⁹ peccat ꝓtra illā ꝓticulā ſm idē: ut hoc est duplū illi ſm latitudinē: t nō ſm longitudinē: ergo est duplū t nō duplū nō seq̄t: qz duplū nō sumit ſm idē ſz sumat respectu eiusdē. Terti⁹ mod⁹ peccat contra istā ꝓticulā ſil'r: ut hō ē ſpes: null⁹ hō est ſpes ergo idē est ſpes t nō ſpes nō seq̄t: qz ibi nō est ꝓtradictio in ꝑmiſſis: qz ille terminus hō nō sumit ſil'r: qz una sumit ꝓ ſuis inferioribꝰ: in alia uero nō: ſz ꝓ ſe toto uel ꝓ ſua forma. Quart⁹ mod⁹ peccat cōtra hāc ꝓticulā i eodē tpe ut man⁹ mea ē clausa in hoc instāti t nō ē clausa i hoc instāti ergo est clausa t nō clausa nō seq̄t: qz nō est in eodē tpe. Differt aūt hec fallacia a fallacia ſm qd ad ſimplicit̄: qz in illa est ꝓcessus ab uno ſz qd ſūpto ad unū ſimpl'r ſūptū: ut hoc est duplū ſm longitudinez: ergo est dupluz. in ista uero est ꝓcessus a duob⁹ ſm qd ſūptis ad duo ſūpta ſimpl'r ut hoc est duplū illi ſm longitudinē t nō ſm latitudinē: ergo ē duplū t nō duplū.

¶ Postq̄ auct⁹ determinauit ſupius de fallacia a ſm qd ad ſimpl'r: hic cōſequēter agit de fallacia ignorātie elēchi rōne cui⁹ diffinit elenchū sic: Elench⁹ est sillogiſm⁹ ɔdictionis uni⁹ t eiusdē nō nois tm̄: ſz rei t nois ſil': non ſynonimi ſz eiusdē ex his q̄ data sūt de necessitate accidere nō cōnumerato eo qō erat in ꝓncipio. ſ. ad idē ſm idē ſil'r t in eodē tpe. In qua diffinitiōe ponit sillogiſm⁹ loco generis t cōtradictiōis ponit ad differentiā sillogiſmi nō ɔdicētis positioni rñdentis. t ꝓ uni⁹ t eiusdē nō nois tm̄: ſz nois t rei ſil': nō ſynonimi ſz eiusdē tā rōne sillogiſmi q̄m ɔdictionis. Ad utrūq; enī requirit q̄ remaneāt idē termini ſm rē t uocem: t ꝓ hoc remouent fallacie in dictiōe. Et ponit ex his que data sūt de necessitate accidere rōne sillogiſmi in quo debet esse necessaria ꝺña: t ꝓ hoc pōt remoueri fallacia accidētis t cetere nō bñtes necessariā ꝺsequētiā. deinde ponit nō cōnumerato eo qō erat in ꝓncipio rōne ꝓbationis: qz elench⁹ est sillogiſmus ꝓbatiu⁹: t ꝓ hoc remouet petitio ꝓncipij. deinde ponit ad idē ſz idē tc. rōne ɔdictionis tm̄: qz ille cōditiōes requirunt ad ɔdictionē tm̄.

Primo sciendū q̄ aliter pōt diffiniri elenchus q̄ ē sillogiſm⁹ dialectic⁹ cōclusioni rñdentis cōtradictorius: t sic ad elenchū tria requirunt. ſ. necessaria illatio inquantū est sillogiſm⁹ t sufficiēs ꝓbatio cōclusiōis inquantū est dialectic⁹. tertio formalis repugnātia siue cōclusionis ad cōpositionē rñdentis inquantū est ɔdictor⁹. Ex quo ꝑz q̄ elench⁹ ultra sillogiſmū addit ꝓbabilitatez: t ultra sillogiſmū dialecticū addit ɔdictionē: t ita ɔdictio ē ultima differētia formalis cōſtituēs elenchū. t iō sicut sillogiſmus dialectic⁹ se habet sicut inferi⁹ ad sillogiſmū in cōi: ita elench⁹ ad sillogiſmū dialecticū. Et elenchus dicit ab en qō est in ꝓ cōtra t lenchos qō est ſūptio q̄ſi ſūptio cōtra dicta rñdentis. t sicut talis elenchus se habet ad sillogiſmum dialecticū ut inferi⁹: ita elenchus ſophiſtic⁹ ad sillogiſmuz ſophiſticū: t pōt sic diffiniri: Elenchus ſophiſtic⁹ est sillogiſmus ſophiſtic⁹ apparēt ɔdictor⁹ positioi rñdentis.

Secūdo sciendū q̄ ignorātia in cōi dicit negatio ſcie cū aptitudine ad ipſā. t dicit̄ ꝓ ignorantiā pure negatiōis que est pura carētia cognitionis actualis t habitualis: ſicut est in pueris nōdum cognoſcentib⁹. Alia est ignorantia ꝓtraue diſpoſitiōis que est q̄n aliq̄d falſo apprehendit̄ de re aliquo mō cognita. t iſta dicit̄: qz quedā est ignorātia ſimplex q̄ est ignorātia ꝓncipioꝝ. ſ. q̄n ꝓncipia falſo apprehenduntur ſimplici apprehenſione ſine diſcurſu. Alia est cōpoſita q̄ est falſa apprehenſio cōclusionis mediāte diſcurſu. t dicit̄ cōpoſita: qz ibi multa ſimul cōcurrūt. ſ. ignorātia ꝓncipioꝝ t cōclusiōis. Jgnorā-

tia aũt elenchi nõ est ignorantia ptre negatiõis: nec ignorantia cõpõsita: ꝫ est ignorãtia simplicis apprehensiõis qz fit p ignorantiã alicuius reqsiti ad rõnẽ elenchi ⁊ talis põt capi duplicit. vno mõ generalit̃ ꝑ q̃cũq; omissiõe cuiuslibet ptcule indifferenter diffinitiõis elenchi si sumat hoc mõ ignorãtia elenchi nõ est vna fallacia spãlis: ꝫ sic omẽs fallacie ad ipsũ reducũt̃. Alio mõ specialit̃ solũ ꝑ omissiõe alicui⁹ illaꝝ q̃ttuor ptcularꝝ ad idẽ fm idẽ fil'r in eodem tpe: ⁊ hoc mõ ab ipsa sumit̃ fallacia ignorãtie elenchi.

Tertio sciendũ qꝺ causa apparẽtie hui⁹ fallacie est apparẽs obseruatio cõditionũ requisitarũ ad verã cõtradictionẽ: rõne cui⁹ credit̃ qꝺ in antecedẽte paralogismi sit vera cõtradictio vbi tñ est apparẽs contradictio tm̃ ⁊ ꝑ illã apparentẽ ꝺtradictionẽ in ꝺsequẽte infert̃ ꝺdictio simplr. Et ei⁹ cã defect⁹ est omissio alicui⁹ illaꝝ ptcularꝝ q̃ reqrunt̃ ad ꝺdictionẽ. Et ꝑ hoc sic diffinit̃ hec fallacia qꝺ est idoneitas decipiẽdi pueniẽs ex apparẽte obseruatiõe ptcularꝝ diffinitiõis elenchi q̃ sibi cõueniũt rõe cõtradictionis: ⁊ ꝫ q̃libet fallacia peccat ꝺ verũ elenchũ: qz tñ ista formaliter ⁊ directe peccat cõtra contradictionẽ que se habet ut vltima differẽtia ⁊ forma elenchi: iõ magis deno minat̃ hec fallacia ignorãtia elenchi q̃ q̃libet alia fallacia.

Quarto sciendũ qꝺ hui⁹ fallacie q̃ttuor sũt modi. Prim⁹ mod⁹ fit qñ non arguit̃ ad idẽ: ut aer est supra terrã ⁊ nõ est supra celũ: g̃ est supra ⁊ nõ supra ꝺna nõ valet: qz nõ affirmat̃ idẽ de aere cõparato ad idem Secũd⁹ mod⁹ est qñ non arguit̃ fm idẽ: ut sortes videt fm oculũ ⁊ nõ videt fm nasũ: g̃ videt ⁊ nõ videt: ꝺna nõ valet: qz nõ affirmat̃ idẽ de eodẽ fm idẽ in ante ⁊ ꝺnte. Tertius mod⁹ fit omittẽdo istã ptculã fil'r: ut oĩs hõ est individuũ hõ nõ est individuũ: g̃ idẽ est individuũ ⁊ non individuũ: ꝺna nõ valet: qz ibi hõ nõ tenet̃ fil'r: qz in maiori tenet̃ ꝓ suppositis: ⁊ in minori ꝑ nã cõi. Quart⁹ mod⁹ est dimittendo illã ptculã in eodem tpe: ut sortes leget cras ⁊ nõ leget postcras: g̃ leget ⁊ nõ leget: nõ sequit̃: qz ibi nõ fit affirmatio ⁊ negatio i eodẽ tpe. Et sic ꝑz qꝺ istι q̃ttuor modi sumũt̃ fm illas q̃ttuor cõditiões in diffinitiõe elenchi positas.

Contra predicta arguit̃ primo sic: ꝺdictio nõ est syllogismus: ꝫ elenchus est ꝺdictio ut dicit̃ in ꝑmo elenchoꝝ: g̃ male dicit̃ qꝺ est syllogism⁹. Secũdo sic: hec est vera ꝺdictio: marc⁹ currit: tulli⁹ nõ currit: cũ ille ꝓpões repugnent tã in veritate q̃ in falsitate: ergo ad elenchũ ⁊ ꝺdictionẽ nõ reqrit̃ vnitas rei ⁊ nois fil'. Tertio sic: oẽs fallacie reducunt̃ ad ignorantiã elenchi: ergo male ponit̃ fallacia spãlis cũ sit cõis ad oẽs alias. Quarto sic: ꝺdictorie nõ pñt fieri in eodẽ tpe: ergo ad ꝺdictionẽ nõ reqrit̃ qꝺ affirmatio ⁊ negatio sint in eodẽ tpe. Quĩto sic: ad ꝺdictionẽ reqrit̃ qꝺ sit affirmatio ⁊ negatio eiusdem de eodez: ⁊ tñ nõ ponit̃ hic aliquis modus peccans contra illã ptculam cõtradictionis: ergo modi huius fallacie nõ sunt sufficienter enumerati.

Ad argumenta. Ad ꝑmũ dicit̃ qꝺ si capiatur ꝺdictio formaliter ꝑ ipsa formali repugnãtia ꝺdictoriorꝝ sic nõ est syllogism⁹. ꝫ si capiat̃ mãlit̃ ꝑ ꝓpõne ꝺdicente vel ꝑ syllogismo ꝺdictoriorõne siue cõclusiõis: sic ꝺdictio bñ est syllogism⁹: ⁊ sic capit̃ i ꝑmo elenchoꝝ. Ad secundũ dicit̃ qꝺ ꝫ ibi sit ꝺdictio fm rem nõ tñ fm modũ enũciãdi: qz ibi nõ est eaidẽs affirmatio ⁊ negatio eiusdẽ de eodẽ. Ad tertiũ dicit̃ qꝺ si capiat̃ ignorãtia elenchi cõiter ꝑ quacũq; ignorãtia cuiuslibz ptcule diffinitiõis elenchi sic fallacia ignorantie elenchi est cõis ad oẽs alias fallacias: ꝫ etiã si capiat̃ specialit̃ ꝑ ignorantia vltimaꝝ quattuor ptcularꝝ sicut hic accipit̃ sic est fallacia spãlis: ⁊ habet distinctã causã apparẽtie ⁊ defectus a causis aliaꝝ fallaciaꝝ ut posset ꝓbari ꝺductiue. Ad quartũ dicit̃ qꝺ licz due ꝺdictorie nõ possint formari in eodẽ tpe tñ bene possũt formari ꝑ eodẽ tpe affirmando ⁊ negando idẽ de eodẽ ꝑ eadẽ ptes tpis. Ad quintũ dicit̃ qꝺ in fallacia ignorãtie elenchi semꝑ requirit̃ qꝺ sit apparens ꝺdictio qz inde sumit̃ sua causa apparẽtie: ꝫ si remoueat̃ ꝑma conditio ꝺdictionis q̃ est qꝺ sit affirmatio ⁊ negatio eiusdẽ de eodẽ ibi nõ esset apparẽs ꝺdictio: iõ nõ ponit̃ hic aliquis modus ꝑpter omissionẽ illi⁹ ptcule contradictionis.

Petere id qꝺ est in ꝓncipio est qñ ꝓclusio q̃ ꝺz ꝓbari sumit̃ in ꝑmissis. Cũ ergo idẽ sub eodẽ noie nõ põt seipsũ ꝑbare: ut hõ currit: ergo hõ currit. in talib⁹ eni nõ ē petitio ꝓncipij: ꝫ talis argumẽtatio ē ridiculosa nec cadit sub arte. nec est petitio hui⁹ quod est in ꝓncipio. aliud est eni petere ꝓncipiũ ⁊ aliud est petere illud quod ē in ꝓncipio ut dicit. p. ꝑmo elenchoꝝ: qz petere ꝓncipiũ est qñ petit̃ idẽ sub eodem nomie: ut hõ currit: ergo hõ currit. ⁊ isto mõ nulla ē fallacia: qz nõ ꝓtinet̃ sub aliq̃ spẽ argumentatiõis: nec fm veritatẽ nec fz apparentiã: ꝫ talis petitio ꝓncipij pec cat ꝓtra syllogismũ simplr dictũ. Sz petere illud quod ē in ꝓncipio est qñ idẽ petit̃ sub diuerso noie: ut aial rõnale currit ergo hõ currit. Vel sic: petere illud quod est in ꝓncipio est qñ minus notũ sumit̃ ad ꝑbationẽ magis noti. Causa apparẽtie hui⁹ fallacie est apparens diuersitas ꝓclusionis a ꝑmissis. Causa falsitatis est idẽtitas eoꝝdẽ. Petit̃ aũt illud quod est in ꝓncipio qnqz modis ut ꝑz. viij. topi. Primo mõ qñ diffinituz petit̃ in diffinitiõe ⁊ ecõtra: ut si dubitaret̃ utrũ hõ currat vel nõ currat: fiat argumẽtũ: aial rõnale currit: ergo hõ currit. nulla est ibi ꝑbatio: qz qñ unũ dubitat̃ necesse est alterũ dubitari: ⁊ ita si sumat̃ unũ ad ꝑbãdũ aliud peccatũ est. Secũdus mod⁹ est qñ ptculare petit̃ i ulli: ut null⁹ hõ currit: ergo nec sortes currit. Vel si aliqs debeat ꝓbare qꝺ oĩuz ꝓtrarioꝝ eadẽ est disciplina: ⁊ assumat: oĩuz oppositoꝝ est eadẽ disciplina: ergo oĩuz ꝓtrarioꝝ ē eadẽ disciplina. hic petit̃ cõclusio in ꝑmissis. Tertⁱ⁹ mod⁹ est qñ ulle petit̃ in ptcularib⁹: ut si aliqs debeat ꝑbare qꝺ oĩuz oppositoꝝ est eadẽ disciplina: ⁊ sumat illã: oĩuz ꝓtradictoriorꝝ ꝓtrarioꝝ ⁊ sic de alijs est eadẽ disciplina ergo oĩuz oppositoꝝ est eadẽ disciplina. Vel sic: sortes currit: plato currit ⁊ sic de alijs: ergo oĩs hõ currit. Quart⁹ modus

est qñ cõiunctũ petit in diuisis uel econtra: ut si aliquis debeat ꝓbare q medicina est disciplina sani ⁊ egri: ⁊ dicat sic arguendo: medicina ẽ disciplina sani ⁊ medicina est disciplina egri: ergo medicina ẽ disciplina sani ⁊ egri. Quintus modus ẽ qñ unũ relatiuorũ petit in alio: ut siquis debet ꝓbare q sortes sit pater platonis: ꝓbet sic: plato est filius sortis: ergo sortes est pater platonis non sequit: qz hoc assumit qđ est ꝓbandũ. Sciendũ q hec fallacia nõ impedit syllogismũ inferentez sz ꝓbantẽ ⁊ ita fallacia petitionis peccat contra syllogismũ dialecticũ inquantum dialecticus est.

¶ Postq̃ autor determinauit de fallacia ignorantie elenchi: hic consequenter determinat de fallacia petitiõis ꝓncipij: rõne cui⁹ ꝑmo videndũ est qđ sit petere ꝓncipiũ ⁊ qđ sit petitio ꝓncipij. vñ petitio in dialecticis est interrogatio alicui⁹ ꝑmissaꝝ syllogismi dialectici: qz dialecticus sz in syllogizando assumat ꝑmissas ad ꝓbandũ cõclusionẽ: tñ aliq̃ interrogat de suis ꝑmissis rõne cui⁹ dicunt interrogatiões ⁊ nõ fit ita ꝓprie petitio de cõclusione: qz ꝑmissis concessis a rñdente põt inferri conclusio nõ interrogando ipsã: ⁊ qz in argumentatiõe conclusio est ꝑmũ ꝓncipiũ rõne cui⁹ fit argumentatio: ideo cũ in tali argumentatiõe petit conclusio que debet ꝓbari ibi est petitio ꝓncipij: ideo petitio ꝓncipij est quando idem accipit ad ꝓbandũ seipsum.

Primo sciendũ q sz pbm secũdo elẽchoꝝ dupler ẽ petitio ꝓncipij. s. statiz ⁊ non statim. Petitio ꝓncipij statim est quando idem sub eodem nomine sumitur ad ꝓbandũ seipsũ: ut hõ currit: ergo homo currit. vel idem sub duob⁹ noibus synonimis: ut marcus currit: ergo tullius currit: ⁊ talis petitio ꝓncipij peccat cõtra syllogismũ simplicit: qz conclusio nõ est alia a ꝑmissis ⁊ nõ est ibi aliq̃ fallacia: cũ idem nõ habeat apparentiã ad ꝓbandũ seipsuz. Alia est petitio ꝓncipij nõ statim qñ idem sub diuersis nominib⁹ sumit ad ꝓbandũ seipsũ. Et talis ẽ qñ añs est eque ignotũ vel ignotius cõsequente. vñ in petitiõe ꝓncipij statim est ꝓprie petere ꝓncipiũ: ⁊ in petitiõe ꝓncipij nõ statim est petere id qõ erat in ꝓncipio: qz añs est eque ignotũ vel minus notũ q̃ cõsequens: iõ sm suã noticiã cõtinet in cõsequente ⁊ põt ꝓbari ꝑ cõsequẽs: iõ tũc ad ꝓbandũ oñs petit illud qõ est in ꝓncipo. s. añs qõ continet in cõclusione: ⁊ etiã sumit conclusio in tali añte ad ꝓbandũ seipsam. Et sm talem petitionẽ ꝓncipij cõmittit hec fallacia.

Secundo sciendũ q causa apparẽtie hui⁹ fallacie est apparẽs diuersitas añtis ⁊ osequẽtis rõne cui⁹ credit añs esse noti⁹ oñte ⁊ habere virtutẽ ꝓbatiuã oñtis cũ sit eque ignotũ vel ignoti⁹ oñte: ⁊ non sufficit quecũq; diuersitas añtis ⁊ oñtis: sz oportet q sit cũ idẽtitate ipsoꝝ: ⁊ etiã q talis diuersitas faciat apparentiaz magis noti ⁊ min⁹ noti ex pte noĩs ⁊ rei: ⁊ qz in noĩb⁹ synonimis nõ est apparẽtia magis ⁊ min⁹ noti: iõ in ipsis nõ reperit causa apparẽtie: sz cã falsitatis hui⁹ fallacie est idẽtitas añtis ⁊ oñtis: ⁊ sm hoc sic diffinit hec fallacia: q ẽ idoneitas decipiẽdi ꝓueniẽs ex apparẽti diuersitate sm noticiã añtis cũ cõsequente: ⁊ peccat ista fallacia nõ contra illationẽ: qz nõ impedit syllogismũ simpliciter: sed peccat contra ꝓbationẽ ⁊ syllogismũ dialecticũ.

Tertio sciendũ q diffinitio dupliciť cõsideraťur. vno mõ inquantũ includit ꝓncipia essentialia diffiniti que sũt ꝓpria cã inherẽtie passiõis ad ipsuz diffinitũ: ⁊ hoc mõ ab ipsa sumit loc⁹ demonstratiu⁹ ⁊ nõ sophistic⁹. Alio mõ cõsideraťur inquantũ stat sub intentiõe cõi diffinitionis: ⁊ hoc dupliciť: vno mõ respectu ꝑdicatoꝝ q̃ notiozi mõ oueniũt diffinitiõi q̃ diffinito: ⁊ sic a diffinitiõe sumit locus dialecticus. Alio mõ respectu ꝑdicatoꝝ q̃ oueniũt notiozi mõ ipsi diffinito q̃ diffinitiõi: ⁊ sic a diffinitiõe sumit petitio ꝓncipij: qz sic añs est idẽ in re ⁊ est min⁹ notũ oñte. Et eodẽ mõ arguẽdo a diffinito põt argui respectu ꝑdicatoꝝ q̃ notiozi mõ insũt diffinito vel respectu ipsoꝝ q̃ min⁹ note sibi oueniũt. ⁊ similit arguẽdo ab vniuersali ad particularia vt econtra: ⁊ sm hoc in istis potest esse locus dialecticus aut petitio ꝓncipij sm diuersas rationes.

Quarto sciendũ q hui⁹ fallacie q̃ttuoꝝ sũt modi. Prim⁹ mod⁹ est qñ diffinitũ petit i diffinitiõe vel ecõtra: ut aial rõnale currit: g̃ hõ currit: ibi enim diffinitũ petit i diffinitõe sua. ⁊ ecõtra arguẽdo petit diffinitio i diffinito: vñ ꝓbatio nõ valet: qz si vnũ dubitet ⁊ reliquũ. Scõus mod⁹ est qñ ꝑticulare petit in vli: ⁊ vle i ꝑticulari: ut oĩs hõ currit: g̃ sor. currit: plato currit: ⁊ sic de alijs: vel ecõtra. Tertius mod⁹ est qñ cõiunctũ petit in diuisis: vel diuisa in cõiuncto: ut medicina est sani ⁊ egri: ergo ẽ sani ⁊ ẽ egri. Quart⁹ mod⁹ est qñ relatiuũ petit in suo correlatiuo: ut sortes est pater platonis: g̃ plato est filius sortis. Et soluẽdo istos paralogismos debz negari añs cũ sit eque incertũ aut magis q̃ oñs ipsius ꝓz negatiũ: nec debet simpliciť negari osequẽtia: qz cũ sit necessaria illatio i istis paralogismis si cõcedit añs oportebit cõcedere cõsequens: qõ includit in ipso tñ põt dici q ipsa nõ est ꝓbatiua cũ negatione añtis. Et licz in textu ponant quinq; modi: qz secundus modus diuidit in duos ad maiorẽ declarationem: tñ sufficienter enumerant q̃ttuoꝝ modi ꝓz positi: qz in ipsis cõtinent omnes modi arguendi huius fallacie.

Sed contra ꝑdicta arguit ꝓmo sic: in petitione ꝓncipij sumit idẽ ad ꝓbandum seipsũ: sz idem nõ habet apparentiã ad ꝓbandũ ipsũ: ergo in petitiõe ꝓncipij nulla est causa apparẽtie nec est fallacia. Secũdo sic: oĩs paralogismus peccat i materia vel in forma: sz paralogismi hui⁹ fallacie nõ peccant in forma: cũ possint esse in modo ⁊ figura: nec in materia cũ fiant ex ꝓbabilib⁹: ergo in ipsis nõ est causa defectus. Tertio sic: ab eodẽ nõ sumit locus dialecticus ⁊ sophisticus: sz a diffinitione ⁊ similit a toto in quãtitate sumunt loci dialectici g̃ ab ipsis nõ sumitur locus sophisticus: ⁊ sic male ponunt duo ꝓmi modi hui⁹ fallacie. Quarto sic: arguẽdo a diuisis ad cõiuncta est fallacia accidẽtis: ergo ibi nõ est petitio ꝓncipij: osequẽtia tenet: qz illi loci sophistici nõ põt esse in eodẽ argumento. Quinto sic: hic est petitio ꝓncipij: albedo est cõtraria nigredini: ergo nigredo est cõtraria albedini: ⁊ tamẽ nõ fit in aliquo istoꝝ quattuor modoꝝ: ergo insufficienter assignant.

Ad argumẽta. Ad ꝑmũ dicit q licz idẽ sm rem ⁊ vocẽ sit nõ habeat apparentiã ad ꝓbandũ seipsuz: tñ idem sm rẽ ⁊ differens sm vocẽ ⁊ rõnẽ bñ habet apparentiã ꝓbãdi seipsũ inquantũ videt magis notũ sub vno noĩe q̃ sub alio. Ad secũdũ dicit q licz in paralogismis hui⁹ fallacie ꝑmisse sint sm se ꝓbabiles: nõ tñ sũt ꝓbatiue cõclusionis qđ tñ requirit ad syllogismũ ꝓbatiuũ. requirit enim q habeat ꝑmissas sm se ꝓbabiles ⁊ q ille ꝑmisse habeant virtutẽ ꝓbandi cõclusionẽ: nõ isti paralogismi peccãt in ꝓbatione. Ad tertiũ dicit q ab eodẽ eodẽ mõ cõsiderato ⁊ respectu eiusdez nõ sumit locus dialectic⁹ ⁊ sophisticus: sz bene ab eodẽ diuersimode considerato mõ diffinitio diuersimode considerat ut ab ipsa sumit locus dialecticus ⁊ sophisticus. ⁊ silr totuz in quãtitate. Ad quartũ dicit q arguẽdo a diuisis ad cõiuncta indebite ex pte illatiõis est fallacia accidẽtis: ex pte vo ꝓbatiõis est fallacia petitiõis ꝓncipij: ⁊ hoc nõ est incõueniẽs. s. q in eodẽ paralogismo

ſint plures fallacie ſm diuerſas rōnes. Ad quintū dicit q cōmittit quart⁹ mod⁹ z licz albedo z nigredo ſub rōnib⁹ ꝓprijs nō ſint relatiua: tñ ꝯtū ad intentiōes ☞rioꝝ poſſunt dici relatiua ſm dici: ideo ibi vnū relatiuū petit in alio.

De fallacia ꝓſequētis dicēdū ē: ſm cō ſequēs fiūt paralogiſmi eo q credim⁹ ꝓnaz ꝓuerti q nō ꝓuertit. Fallacia ꝓntis ē idoneitas decipiēdi pueniēs ex apparētia cō ſequētie ꝓuerſe q nō ꝓuertit. Cauſa apparētie hui⁹ fallacie eſt ꝓueniētia uni⁹ cō ſequētie uere ad aliā nō uerā. Cauſa falſitatis ē diuerſitas eoꝝūdē. Et ſciendū q bñ tenet argumētū a poſitiōe añtis ad poſitionē ꝓntis. Hui⁹ fallacie tres ſūt modi. Prim⁹ mod⁹ eſt qñ arguit a deſtructione añtis ad deſtructionez ꝓntis: ut ſi hō eſt aial eſt: ergo ſi hō nō eſt aial nō eſt. Vel a poſitiōe ꝓntis ad poſitionē añtis: ut ſi mel eſt rubeū eſt: ergo ſi rubeū ē mel eſt. Ad iſtū eni modū reducunt oēs ꝓxime argumētatōes ab inferiori ad ſuperi⁹ deſtructiue. Añ quotiēſcūqz fit ꝓceſſus ab inferiori ad ſuperi⁹ cū diſtributione ſuperioꝝ: ut oīs hō currit: ergo oē aial currit. Ibi cōmittit iſta fallacia: ut null⁹ hō currit: ergo nullū aial currit. Secundus mod⁹ ſolet poni ab inſufficienti inductiōe ſingulariū: ut ſortes eſt aial z econuerſo plato eſt aial z econuerſo: ergo oīs hō eſt aial z ecōuerſo. hic enumerant oīa ſingularia illi⁹ oīs hō eſt aial z nō hui⁹ oē aial ē hō q ſignificat ꝑ cōpoſitionē hui⁹ qō ē ecō uerſo ad hāc oīs hō eſt aial. Terti⁹ mod⁹ ꝓuenit a cōiter accidentibus. Et dicunt cōiter accidētia q ſe aliqñ cōſequūt z aliqñ nō: ut iſte eſt cōptus: ergo eſt adulter Sil'r muſa z poeta ſil'r terminant: ſz muſa eſt feminini generis: ergo z poeta non ſequit: qz idētitas generis z termiatiōis aliqñ ſe cōſequūt z aliqñ nō eo q nō eſt in oibus ſed in aliqbus. Si aliqs dicat q in hoc ultio tertio mō non tenet econuerſo unde ibi nō eſt ꝓña. Dicenduz eſt q ergo ſm quoſdā ſumit ꝓña a cōiter accidētib⁹ ad ꝓſequentiā neceſſariaz z ꝓbabilē z in iſtis nō ſumit ꝓña neceſſaria ſz ꝓbabilis. Taliter añt ordinant iſti modi ab Ariſtotele iſto modo ordinato.

¶ Poſtq̄ ſupius determinatū eſt de fallacia petitiōis ꝓncipij: dic cōſequēter determiat de fallacia ꝓntis. rōne cui⁹ ꝓmo diffinit autor añs z ꝓñam dicēs q añs eſt cathegorica nel ipothetica q̄ ꝓns infert. Sz ꝓns eſt cōcluſio que infert ex añte: qō ꝓponit ex eo q añs includit actu vel intellectu in añte: iō ſimul ſequit ad ipſū añs z habitudo deno minans illā ſequelā vocat ꝓña: z diuidit ꝑ ꝓñam ſimplicē z ꝓñam cōpoſitā. Simplex eſt qñ ex vno ſolo añte infert vnū ꝓns. Sz ꝓña compoſita ꝯttuor modis intelligit fieri. Primo mō qñ facta aliqua ꝓña arguit a poſitiōe añtis ad poſitionē ꝓntis. Secūdo mō qñ in aliqua ꝓña arguit a deſtructiōe ꝓntis ad deſtructionē añtis: z iſtis duob⁹ modis debite fit ꝓña cōpoſita. Tertio mō qñ facta vna ꝓña arguitur a deſtructiōe añtis ad deſtructionē ꝓntis. Quarto mō qñ arguit a poſitiōe ꝓntis ad poſitionē añtis z iſtis duobus modis nō valet conſequentia compoſita: ſz male conuertit cōſequētia prius facta: qz cōuertit aliter q̄ deberet cōuerti: z ſm hoc cauſat fallacia conſequentis.

Primo ſciendū q cā apparētie hui⁹ fallacie eſt apparēs ꝟuertibilitas ꝓntis cū añte: rōe cui⁹ credit q bñ cōuertat ꝓña q̄ tñ nō cōuertit. Sz cā defectus eſt diuerſitas ꝓntis z añtis ꝓpter quā nō cōuertunt inter ſe: z ſm hoc ſic diffinit hec fallacia ꝓntis: q eſt idoneitas decipiendi pueniēs ex apparēti cōuertibilitate ꝓntis cum añte: z ſemp fit ut dicit Ariſto. qñ credim⁹ ꝓñam cōuerti q̄ tñ nō ꝟuertit. Et q̄nis in hac fallacia reperiant añs z ꝓns magis dicit fallacia ꝓſequētis q̄ antecedentis eo q in paralogiſmis hui⁹ fallacie ſemp arguit equiualenē a poſitiōe cōſequentis ad poſitionem antecedentis: licz eni arguat a negatiōe añtis ad negationē ꝓntis: qz tñ illa negatio antecedentis ſe hz ut ꝓns ad negationē ꝓntis: iō ibi arguit eq̄ualenter a poſitiōe ꝓntis ad poſitionē antecedentis.

Secūdo ſciendū q hui⁹ fallacie ſunt tres modi. Prim⁹ eſt qñ arguit a deſtructiōe antecedentis ad deſtructionē ꝓntis vel a poſitiōe ꝓntis ad poſitionē añtis. Exemplū ꝑmi ſi hō ē aial eſt: ergo ſi nō eſt hō nō eſt aial nō ſequit: qz ad negationē añtis nō ſequit negatio ꝓntis. z rō eſt qz añs eſt infer⁹ z min⁹ cōe. ꝓns vo ſe hz ut ſupius z magis cōe. mō deſtructo inferiori z minus cōi: nō oz deſtruere ſupius z magis cōe: qz illud pōt manē in alijs inferioꝝ⁹ei⁹. Exemplū ſecūdi: ſi pluit terra eſt madida: ergo ſi terra eſt madida pluit nō ſequit: qz ad poſitionem cōſequentis qō eſt ſupius z magis cōe nō ſequit poſitio antecedētis: qō eſt inferius z minus cōmune.

Tertio ſciendū q ſecūdus mod⁹ fit arguēdo ab inſufficiēti numero ſinglariū: ut hic: ſor. currit: plato currit: g̃ oīs hō currit. vel ſic: ſortes ē aial z ecōuerſo: plato eſt aial z ecōuerſo z ſic de alijs: ergo oīs hō ē aial z ecōuerſo nō ſequit: qz lz enumerent ſufficienē oēs ſingulares illi⁹ vl'is oīs hō eſt aial: nō tñ iſti⁹ oē aial eſt hō. q̄ tñ intelligit cū dicit z ecōuerſo. z hoc ſi ecōuerſo dicat ꝟſionē ſimplicē. qz ſi diceret cōuerſionē ꝑ accidēs bñ ſeq̄ret qz hec eſſet vera: oīs hō eſt aial z ecōuerſo: aliq̄ aial ē hō: qz tñ analogū ꝑ ſe poſitū ſtat ꝑ famoſiori ſignificato: ideo ecōuerſo magis tenet ut dicit cōuerſionē ſimplicē.

Quarto ſciendū q terti⁹ mod⁹ fit arguēdo a cōiter accidentib⁹ q̄ cōtingent ſe conſequūt in aliquo ſubiecto nō tñ de neceſſitate ſe oſequunt ut hic: ſor. eſt magn⁹: ergo ſortes ē fortis. vel ſortes ē pulcer: ergo ſortes eſt bon⁹. nō ſequit: qz lz talia accidētia q̄nq̄z ſe cō ſequāt in alſquo ſubiecto: nō tñ de neceſſitate ſe cōſequūt ſemp. z lz in iſto mō arguēdi z in ꝑcedēti nō cōuertat aliq ꝓña actualit ꝓpoſita: tñ ſubintelligit vna ꝟplicite q̄ cōuertit in iſtis modis. Et iſtoꝝ modoꝝ ſic pōt haberi ſufficientia: qz in fallacia ꝓntis ſumit cā apparētie ex apparenti cōuertibilitate ꝓntis z antecedentis: vel ergo illa conuertibilitas eſt apparens rōne ꝓntie iam facte: z ſic eſt ꝑm⁹ mod⁹ uel ꝓpter habitudinē terminoꝝ: z hoc duplicit. uel ſumi

tur ex habitudine singulariū ad vlē: ⁊ sic est secūdus mod⁹. uel ex ꝺueniētia accidētiū q̄ ꝺtingēter ꝺueniūt in eodē sub

Sed contra tecto: ⁊ sic est tertius modus. predicta arguit ꝑmo sic: ꝺuersio est passio ꝓpōnis: ergo soli ꝓpōni ꝺuenit q̄re ista fallacia nō fit ꝓ hoc ꝙ aliqua consequētia ꝺuertat. Secūdo sic: ꝺsequēs actu ⁊ intellectu includit in antecedente: ergo destructo antecedente destruit ꝺns: ⁊ sic valet ꝺntia a destructione antecedētis ad destructionē ꝺntis. Tertio sic: posito posteriori necessario ponit ꝑius: sed ꝺns posteri⁹ ē añ cedente: ergo posito ꝺnte necessario ponit antecedens: q̄ est ꝺtra ꝑimū modū hui⁹ fallacie. Quarto sic: singularia alicui⁹ vlis nō sufficienē enumerata sequūtur suū vlē: ergo arguendo ab insufficiēti numero singulariū arguit a positione ꝺntis ad positionē antecedentis: ⁊ ꝓ ꝺns secūd⁹ modus nō ꝺistinguit a ꝑmo. Quinto sic: arguēdo a cōmuniter accītib⁹ ē bon⁹ loc⁹ ꝺyalectic⁹: g̃ sic arguēdo nō fūit

Ad argumēta. terti⁹ modus hui⁹ fallacie. Ad ꝑmū ꝺicit ꝙ si capiatur ꝺuersio ꝑut est mutatio p̄dicati in subiectū ⁊ ecōtra: sic est passio ꝓpōnis sibi soli ꝺueniēs. ſz si capiat ꝑ mutatiōe añ cedentis in ꝺns ⁊ ecōtra: sic nō est passio ꝓpōnis sed passio cōsequētie: ⁊ hoc modo ꝺntia bene ꝺuertit. Ad secūdū ꝺicit ꝙ destructo antecedente bñ destruit ꝺns partim fm esse q̄ habz in tali antecedēte: sed nō destruit vlter ⁊ fm se totū: q̄ potest manere in alijs: ideo ex destructione antecedentis nō potest inferri destructio consequentis. Ad tertiū ꝺicit ꝙ licz fm illationē consequēs sit posterius antecedēte: tñ fm naturā ⁊ ambitū cōitatis ꝺns est ꝑius antecedente Ad quartū ꝺicit ꝙ ꝛz in secūdo modo arguat a positione ꝺsequētis ad positionē antecedentis: tñ ibi nō sumit causa apparētie ꝺuertibilitatis rōne ꝺsequētie ꝑt⁹ facte sicut in ꝑimo modo. Ad q̄ntū ꝺicit ꝙ arguendo a cōiter accītibus que se necessario consequunt bene est locus ꝺyalecticus: sed arguendo ab his q̄ ꝺtingēter se consequūtur sic est tertius modus hui⁹ fallacie.

Sequitur de fallacia fm non causam ut causam. Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ duplex est sillogismus. ſ. ostensiuus ⁊ ad impossibile. Ostēsiu⁹ est qui habet unam solam conclusionem. Sillogismus uero ad impossibile est quando aliquis sillogistice ducitur ad impossibile et ꝓpter hoc interimitur aliqua ꝓmissarū que erat causa illius impossibilis. Añ iste sillogismus semper habet duas conclusiones: ut q̄ ꝺicitur: est ne homo asinus hoc cōcesso. Contra: nullus asinus est animal rationale mortale: homo est asinus: ergo homo non est animal rationale mortale: sed hoc impossibile: ergo ⁊ ista: homo est asinus: ⁊ iste sillogismus ē in quarto modo ꝑme figure. Sciendū est enim ꝙ non causa ut causa semper fit in sillogismo ad impossibile. Fallacia autez fm non causam ut causam fit quādo nō causa ponitur ut causa: ⁊ ꝓpter hoc apparet sequi impossibile: ⁊ illud quod apparet esse causa interimitur: ut si quaratur: est ne brunellus homo: quo concesso nullus asinus est animal rationale mortale: sed homo est asinus ⁊ brunellus est homo: ergo homo nō est animal rationale: hoc autem est impossibile: ergo brunellus non est homo. In hac enim ꝺicta argumentatione nō est causa ut causa: quia interimitur id quod apparet eē causa ⁊ nō est. ſ. brunellus est homo. Causa apparētie ē ꝺueniētia hui⁹ q̄ apparet eē cā ⁊ nō est cū eo q̄ est cā. Cā falsitatis est ꝺuersitas eorundē. tale enim exēplū ponit Aristo. hui⁹ fallacie: ut q̄rēdo sic: sunt ne aia ⁊ uita idem: quo cōcesso Cōtra: mors ⁊ uita sunt ꝓtraria: ſz mors est corruptio: ergo uita gnātio: ⁊ ꝓ ꝑns uiuere est gnāri: ſz hoc ē impossibile: q̄ quicqd uiuit nō generat ſz generatū ē: ergo aia ⁊ uita sūt idez. Hec ꝓclusio peccat fm fallaciā fm non cām ut cām: q̄ ex hoc enim ꝙ aia ⁊ uita sint idem nō sequitur impossibile ⁊ ita nō debet interemi: ſz ista mors ⁊ uita sūt ꝓtraria: q̄ in oib⁹ his id qđ nō est cā apparet eē cā q̄ cōicat in terminis cū aliquib⁹ ꝓpositōib⁹ ex quib⁹ sequit impossibile. Ex istis ꝑz ꝙ ista fallacia non fit in sillogismo ostensiuo: ut ois hō currit: sortes ē hō ⁊ sol est in cancro: ergo sortes currit. hec nō est fallacia nō cause ut cause: quia hic ꝓpositio sol est in cancro non est cā neq̄z apparet esse cā sicut apparet in sillogismo ad impossibile.

¶ Postq̄ auctor determinauit de fallacia consequētis: hic ꝺnter determinat de fallacia fm nō causam ut causam ⁊ quia ista fallacia non fit in sillogismo ostensiuo sed in sillogismo ad impossibile: ideo antecq̄ autor ostendit causas huius fallacie ꝓmittit vnā ꝺuisionē sillogismi ꝺicens ꝙ sillogismus ꝺuiditur per sillogismū ostensiuū: ⁊ ad impossibile. ⁊ ꝺicitur sillogismus ostensiuus qui vnico ꝓcessu ex duabus ꝓmissis infert suam conclusionē. Sed sillogismus ad impossibile est qui ex duabus ꝓmissis vna manifeste vera ⁊ alia manifeste falsa infert vnū manifeste falsū: ꝓpter cuius falsitatē interimitur aliqua ꝓmissarū: ⁊ sic ibi sunt plures ꝓcessus: ⁊ etiam plures cōclusiones. ⁊ fm hoc differūt multipliciter sillogismus ostensiuus: ⁊ ad impossibile: quia in sillogismo ad impossibile sūt plures ꝓcessus ⁊ plures cōclusiones. in alio vo est tñ vn⁹ ꝓcessus ⁊ vna conclusio. Et quia sillogismus ostensiuus potest esse tam ex ver q̄ ex falsis: sed sillogism⁹ ad impossibile semp habet aliquam ꝓmissam falsam aliter nunq̄z concluderet falsum ut hic: omne animal est asinus: omnis homo est aia: ergo ois homo est asinus: cōclusio ē falsa: ergo aliqua

premissarū:non minor:ergo maior. ⁊ fm talem processum qñ interimit aliq̄ premissarū cōmittitur presens fallacia.

Primo sciendū q̄ premissa causa est que necessario facit ad illationē cōclusionis:⁊ qua remota nō ampli⁹ sequit cōclusio in tali modo arguēdi. Et ꝓ oppositū p̄missa nō causa est que cōuenit in subiecto uel predicato cū aliqua premissarū sillogismi:q̄ numerata cū illis nullo modo facit ad illationē cōclusionis:⁊ ipsa posita uel remota nihilomin⁹ ex alijs premissis in tali modo arguēdi sequit cōclusio:ut hic:oīs asinus est rudibil:omne aīal ē asinus:oīs hō est aīal:ergo oīs hō est asin⁹:illa ꝓpō oīs asin⁹ ē rudibilis ex pte sui subiecti ouenit cū maiore:⁊ adhuc ipsa remota eodē modo sequeret cōclusio. Ex quo patet q̄ ad nō cām ut cām duo requirunt. Primo q̄ talis premissa nō sit cā cōclusionis. Secūdo q̄ habeat apparentiam cause propter hoc q̄ ouenit cū alijs p̄missis:ideo si in sillogismo ponat aliqua premissa nō causa que nō ouenit in subiecto uel predicato cū aliqua p̄missarū ibi nō erit nō causa ut cā:licz ibi bene sit nō propter hoc accidere falsum.

Eterminatis de negatõnibus terminoꝝ:dicendũ eſt de negatione oꝛonis:ſimpliciter natura ꝓcedit cõpoſitũ. vnde nomen ꝛ verbũ natura ſunt ꝓiora oratione:vnde negatio noĩs uel verbi natura ꝓcedit negationẽ oꝛonis. Primo queriꝫ vtrũ negatio oꝛonis faciat ⁊tradictionẽ. Et videꝫ qꝫ non:qz ad hoc qꝫ negatio cõtradicat oportet qꝫ remoueat compoſitionẽ:ſed nõ poteſt remouere cõpoſitionẽ quia cõpoſitio eſt ſubiectũ negationis:ꝛ nullũ accidens remouet ſuũ ſubiectũ:ergo nõ poteſt facere contradictionẽ:ergo nõ contingit contradicere. Itẽ ad idẽ Quicq̃d eſt creatũ:aut eſt ſubſtantia aut accidens:ergo negatio qũ ſit creata:aut eſt ſubſtantia aut accñs. ſed non eſt ſubſtãtia:ergo eſt accidẽs:ergo eſt in ſubiecto aliquo:ſed nõ eſt niſi in compoſitione:ergo nõ remouet eam:ergo nõ contingit contradicere. Item qum cõtingit cõtradicere qz hoc eſt ꝓncipiũ ꝓncipiorũ in ſcientijs:ergo remouet cõpoſitionẽ:ſed compoſitio eſt cauſa negationis:ergo remouet modum:ergo nulla negatio eſt alicuius modi:ergo nec indicatiui per locum a genere:ergo nulla eſt vera uel falſa Sola enĩ indicatiua eſt in qua eſt verũ ul falſum. Solutio Sicut hoc nomen homo duplicem habet ſignificationẽ.ſ. generalem ut ſignificat ſubſtantiam cum qualitate:ꝛ ſpecialem ut ſignificet hanc ſubſtantiam que eſt homo. Et ſic in verbo eſt duplex ſignificatio.ſ.generalis ꝛ ſpecialis. Generale ſignificare eſt agere uel pati. Speciale ut ſignificare iſtum actum ul iſtam paſſionem:ut legere uel legi:uel percutere uel percuti. Generalis autẽ compoſitio cõiter ſe habet inquãtum eſt de ſe ad omnia componibilia. Cum enĩ dicimus qꝫ verbum conſignificat compoſitionẽ ut dixiꝰ hanc compoſitionẽ uel illam ſed compoſitionẽ in genere:ꝛ hec eſt compoſitio generalis. Specialis aũt compoſitio cũ ꝑ extrema compoſitionis ꝛ negatio remouet ſpecialẽ cõpoſitionẽ:ꝛ hoc ſufficit ad cõtradictionẽ:ꝛ relinquit generalẽ rationẽ cui accidit modus:vnde contingit ad hoc contradicere. Itẽ ſolet dici qꝫ due negatões eq̃pollẽt vni affirmationi:Et queriꝫ ecõuerſo:due affirmatiões nõ equipolleant modo quod videꝫ:quia ſicut negatio remouet affirmationẽ:ſic ecõuerſo affirmatio negationẽ. Et dicendũ qꝫ negatio apta nata eſt remouere quicq̃d recipit:qz negatio eſt actus deſtruens ſuũ obiectũ. vñ obiectũ negationis quodcũq; fuerit remouetꝫ ꝑ negationẽ:qñ negatio aliqñ eſt obiectũ negationis.aliqñ negatio negatur:ut nõ ſortes non currit:ꝛ ideo negatio remouetꝫ ꝑ negationẽ.ꝛ ideo ex conſequẽti ponitur affirmatio:quia remota negatione ponitur affirmatio:eo qꝫ neceſſe eſt ſemꝑ eſſe affirmationem uel negationem:Et ideo due negationes equipollent vni affirmationi. Affirmatio autẽ non eſt apta nata deſtruere ſuũ obiectũ:ſed ponit ipm poti⁹ ꝛ ꝛſeruat:ꝛ ideo eſt res qũ res affirmatiua q̃ eſt obiectũ affirmatõis nõ remouetꝫ ꝑ affirmationẽ:ꝛ ob hoc due affirmatiões non ꝓñt equipollere negationi. Ad illud aũt quod obijcit quia affirmatio remouet negationẽ:ſic ecõuerſo Dicendũ qꝫ due comparationes ſunt in affirmatione:ꝛ due in negatione diuerſimode comparate. Una enĩ eſt cõparatio affirmationis ad illud quod affirmatur. Alia vero habet ad illud cui opponitur. ꝛ ille due comparationes affirmatõnis non ſunt reſpectu eiuſdẽ ſed reſpectu diuerſoꝝ.vbi gra:hꝰ affirmatio:ſoꝛ. currit:affirmat ſoꝛtem currere:ꝛ apponit ei quod eſt non ſoꝛ.currẽ:ꝛ iõ rõne oppõnis nõ põt deſtruere ſuũ obiectũ.

Sed due comparatões in negatione sunt respectu eiusdē q; negatio semp negat aliquid sicut affirmatio affirmat: ⁊ semp negatio opponitur alicui sed nō nisi ei quod negat: ⁊ iō negatio rōne sue oppositionis sp̄ ōstruit suū obiectū qō negabat. sed affirmatio nō opponitur ei qō affirmat ut dictū est: ⁊ ideo affirmatio nō destruit qō affirmat: ⁊ sic non est simile de affirmatione ad negationē: ⁊ de negatione ad affirmationē: ut p̄z iam p̄ b̄ q; negatio opponit affirmatōi ⁊ negat eam: affirmatio opponit negationi ⁊ affirmat eaz sed aliud ut dictū est. Itē dicit Aristo. in scō topicorū Q; si aliquid non est susceptibile ꝺ̄rioꝝ neq; alterius: ergo quod nō potest negari nō potest affirmari. sed ista fo. non currit nō potest affirmari qum sit negatiua: ergo nō potest addi ei altera negatio ut p̄ eam negetur: ergo due negationes nō equipollent affirmationi. Ad hoc dicūt quidam q; negatio quodāmodo ē affirmatio: qm̄ negatio habet in se de ente siue de affirmatione: vnde p̄ticipant naturā affirmatiōis: ⁊ ideo potest negari p̄ negationē: ⁊ ita bō ꝓponit fo. nō currit pōt ei addi altera negatio sic: nō fo. nō currit: et ita due negationes equipollent affirmationi. Sed ego credo q; melius dicit q; q̄uis accidentiū negatiua nō p̄it reflecti supra se agendo in se sed in suū obiectū qū accidentia causata a ratione p̄it reflecti supra se agendo sicut ratio supra se cognoscēdo in se ⁊ indicādo de se. vnde negatio q̄ est actus siue accis creatū a ratione potest reflecti simpliciter supra negationē siue supra negatā agēdo in ipm: ⁊ ideo negatio potest negari q̄uis nō potest affirmari. Et ꝺsideratio Aristo. debet intelligi de accidētibus nature siue de cōtrariis negando: ut albū nigrū calidū frigidū ⁊ ꝺsilia. Itē ille due sortes currit: ⁊ nō sortes nō currit equipollent sibi inuicē: ⁊ ꝺtradicunt huic: sortes non currit. Sed ꝺtradicit Arist. q; vnū vni opponitur: ergo due opōnes nō ꝺdicunt vni. Dicendū q; dupliciter fit ꝺtradictio. s. primo ⁊ ex ꝺnīti. vnde in his est prima ꝺtradictō: sortes currit: fo. nō currit cōtradicit ex ꝺnīti huic: sortes nō currit: q; inquantū equipollent: cōuertit cū ista. s. sortes currit: vnde intellige q; in cōtradictione prima semp altera est negatio: ⁊ alia affirmatio. vñ dicit Aristo. q; cōtradictio est affirmatio ⁊ negatio opposita. sed in contradictione que est ex ꝺnīti negatio pōt contradicere negationi. Item nota q; negatio preposita uel postposita termino singulari idem significat: ut sortes non currit: ⁊ non sortes currit. sed nō est silr in terminis cōmunibus cūq; hec est indefinita: hō currit. hec aūt vlis negatiua: non hō currit. Neq; est ꝺtrarīū quod dicit Aristo. q; trāsposita noīa ⁊ verba idem significant: q; intelligit de aliis dictionib⁹: qm̄ intelligit de dictione que est subijcibilis uel predicabil: ut homo aīal: uel que est dispositio ipsi⁹ subijcibil' uel predicabil' absolute: ⁊ nō intelligit de dictione que est dispositio vnius ad alterū: ut sunt negationes et signa vlia. negatio enī negat vnū ab altero: ⁊ signū vle disponit subiectū in respectu ad predicatū. Itē querit de hoc sophisimate: nullo boīe currente tu es asinus. probatio hec est falsa: aliquo boīe currente tu es asinus: ergo ei⁹ contradictoria est vera: hec. s. non aliquo boīe currēte tu es asinus: sed nō aliquo ⁊ nullo equipollēt sicut nō aliq; ⁊ null⁹ ergo est vera: nullo currente tu es asinus. Sed cōtra: nullo boīe currente tu es asinus: ergo dū nullus hō: uel si nullus hō: uel q; nullus hō currit tu es asinus: qō falsum est. Sol. prima est falsa. s. hec: nullo boīe currente tu es asinus: quia ista p̄ quā ꝓbat eam peccat fm̄ diuisionē ⁊ cōpositionē: hec. s. non aliquo boīe currēte tu es asinus: eo q; negatio potest negare tm̄ p̄ticipiū: ⁊ sic est diuisa ⁊ falsa. uel potest negare p̄ticipiū in compatione ad verbū sequēs: ⁊ sic est cōposita ⁊ vera: isto modo equipollet p̄me. s. huic: nullo boīe currente tu es asinus: sed hec est falsa nullo boīe cū. q; negatio q̄ ē in compatione huius signi nullo: nō potest fieri vltra p̄ticipiū p̄ hāc regulam: Quotiēscūq; negatio ⁊ distributio includunt in termino vno ad nihil potest vnū fieri sine reliquo: sed distributio non fertur vltra p̄ticipiū: ergo neq; negatio: ⁊ ita hec est falsa: nullo boīe currente cū. quare ⁊ sua equipollēs illo modo que ei equipollet. ⁊ vtraq; affirmatiua est hec. s. non aliquo boīe currente cū. ⁊ nullo boīe currente cū. fm̄ q; equipollent. Et p̄ hoc etiam patet q; neutra contradicit affirmatiue. Itē querit de hoc sophisimate Nihil est nihil. Probatio: ei⁹ ꝺtradictoria est falsa: hec. s. aliquid est nihil: ergo p̄ma vā. Cōtra: nihil est nihil: ergo nihil nulla substantia est: ⁊ est locus a genere siue a toto in quantitate: ut nihil est: ergo nihil nulla substantia est: ꝫ cōclusio est falsa hec. s. nihil nulla substantia est: q; equipollet huic: quodlibet est aliqua substantia: quod falsum est: ergo p̄ma ex q̄ sequit est falsa. Sol. Prima est vā. s. nihil est nihil: q; equipollet huic: quodlibet est aliq̄d p̄ illam regulam: Quotiēscūq; duo signa vlia nature ponūtur in eadem oīone: ita q; vnum in subiecto ⁊ reliquū in predicato primū equipollet suo contrario. secundū suo contradictorio. Itē improbatio peccat sed cōmuniter loquendo: quia sicut dic est consequens cōiter loquendo: quodlibet est aliquid: ergo quodlibet est aliqua substātia. Silr hic est oīs nihil nihil est: ergo nihil nulla substantia est. Ad illud quod obijcit quod videt locus a genere siue a toto in q̄ntitate. Dicendū q; non est verū: vnde est ibi locus fm̄ oīs: sicut hic: nullus hō est nullū aīal: ergo nullus hō est nullū risibile. quia in ista: oīs hō est nullū aīal: aīal remouet a subiecto cū. apponat' alia negatiua p̄ b̄ signū nullus: remouet' predicatū negatum a subiecto sic: nullus homo est nullum animal. sed remouere predicatū negatū est ponere ex consequenti affirmatū in eodem: ergo ista: nullus homo est nullum animal equipollet oīs hō est aliquod aīal. ⁊ silr ista nullus hō est nullū risibile equipollet huic: oīs hō ē aliq̄ risibile. hic aūt ponūt consequēs animal est: ergo risibile ē: sicut hic: aīal currit: ergo homo currit. ergo hic oīs homo ē animal: ergo oīs homo est risibile: ⁊ silr in suis equipollētibus: nullus homo est nullū animal: ergo nullus homo ē nullū risibile. ⁊ similiter ē in proposito nihil nihil est: ergo nihil nulla substantia est. Item videtur q; nulla conclusio improbatiōis sit vera: quoniam hec est vera: nulla subā est nihil: quod patet per predictam regulam: quia equipollet huic: omnis substantia est aliquid. ⁊ etiam quia sua cōuersa est falsa hec: aliqua substantia est nihil: ergo hec ē vera: nulla substantia nihil: ergo sua conuersa est vera: hec. s. nihil est nulla substantia: Et dicendū q; non recte conuertit illam: nulla substantia est nihil: quia debz ponere signū subiecti supra totum predicatum ⁊ reducere ad subiectum sic: nulla substantia est nihil: ergo nullum ens nihil est substantia: sed vtraq; est vera: ⁊ sic non probat conclusionem improbationis. Item q; conclusio improbationis sit falsa probatur dupliciter: quia vno modo per predictam regulam. ⁊ alio modo quia eius contradictoria est vera: hec scilicet aliquid nulla substantia: ut albedo ⁊ quodlibet aliud accidens ⁊c.

De dictionibus exclusiuis.

d Icto de negatione ⁊ de affirmatione: Cō sequēter dicendum est de dictionibus exclusiuis: ut tm̄ solus. Circa quas p̄mo q̄ritur propter quid dicatur dictio exclusiua: Et quid significet dictio exclusiua. Secundo quot ⁊ que sunt cause exclusionis: ⁊ q̄ exigunt' ad eē exclusionis. Tertio quot sunt ptes siue spēs exclusionis. Quarto querit' descēdendo ad quādā cām exclusionis. s. ad id qō excludit': ⁊ q̄ sunt ea que debent excludi. Quitū ⁊ vltimū est de ꝺria dictionū tm̄ solus in suis exclusionibus. Primū ergo querit' propter quid dictio dicatur exclusiua. Et dicūt quidam q; dictio dr̄ exclusiua q; significat exclusionem. Sed contra: nulla dictio significat

actum quem exercet: ut ille terminus homo non significat suppositōnem quam exercet supponendo pro hoc uel pro illo ⁊ sic de alijs: sed significat hominē ⁊ exercet suppositionem ⁊ sic de alijs: ergo nulla dictio significat actum quem exercet: ⁊ ē inductio: ⁊ est loc⁹ a ptib⁹ sufficiēter enumeratis ꝫ tm̄ ⁊ solus exercet exclusionē: ergo nō significat eam.

Item exclusio intelligit dupliciter. ſ. ut concepta ⁊ ut exercita: sicut cursus significatur ut conceptus p hoc nomē cursus: ⁊ per hoc verbū curro ris. Aliter autē significat cursus ut exercitus: ut qū aliquis exercet ipm currēdo. Silr exclusio intelligitur ut concepta sicut p hoc nomen exclusio nis: ⁊ p hoc verbū excludo dis. Aliter aūt intelligitur ut exercita: ut p ipsas dictiones solus ⁊ tm̄: ergo si solus ⁊ tm̄ significant exclusionē: aut significant hoc modo aut illo: ꝫ si significēt eam ut conceptā: ergo ille dictiones exceptionis: ⁊ exclusus excludo is erūt dictiones exclusiue qō falsum est: ḡ non significāt eam ut conceptā: neq; significāt eam ut exercitam: quia sicut se habet est dictio in cōi ad actū suū cōem quem exercet: qui est significare: silr dictio specialis ad actū suū specialem: sed dictio in cōi nō significat actū suū cōem. Dictio enī nō significat significare sed exercet ipm: ergo dictio spālis nō significat actum suū proprīū sed exercet ipm ergo dictio solus nō significat exclusionē sed exercet eam: ergo dictōes exclusiue nō significāt exclusionē ut exercitā neq; ut cōceptam ut ꝓbatū est: ergo nullo modo significat exclusionē: Quod concedim⁹ dicentes q; dictiones exclusiue dicunt nō quia significāt exclusionē: sed qz exercent eā ut tm̄ ⁊ solus dicūtur dictiōes exclusiue ab exclusione exercita ⁊ nō ab exclusione significata: sicut securis dicit incisiua ab incisione exercita ⁊ nō ab incisione significata. securis enī nullo mō significat incisionē sed significat securim sicut homo hominē: ⁊ exercet incisionē siue ipm scindere.

Ad illud aūt qō queritᵉ quid significet dictio exclusiua: dicendū q; significat idem quod hec oratio nō cū alio: siue priuationē associatiōis totius ad partē: ut solus ſoz. currit id est ſortes currit ⁊ nihil aliud. uel ſortes currit ⁊ nullus alius hō currit: ⁊ sic pars ponit ⁊ totū remouetur: quia ponitur ſortes ⁊ remouet quilibet alius homo: uel quodlibꝫ aliud a ſorte: ⁊ totū nō associat parti siue. Et sic dictio exclusiua priuat associationē totius ad partē p suā significationem: ⁊ ideo dicit significare priuationē associationis totiꝰ ad partē. Sed ad istam priuationē sequit exclusio omniū aliarū: sicut proprius actus sequit ad id p quod exercetur: ⁊ ideo exclusio importat p dictionē exclusiuam nō ut significata sed ut exercita: ⁊ sic patet primū.

Circa secūdū queritᵉ in hunc modū: associatio ⁊ priuatio associationis opponūtur ut priuatio ⁊ habitus. ꝫ priuatio diffinit p habitū: qz cecitas est priuatio visus in oculo: ⁊ p hoc habet esse: ergo priuatio associationis erit p ea p q̄ est associatio: ⁊ p illam habebit esse sed ad associationē exigitur q; associetur: ⁊ cui associetur: ⁊ in quo associet: ergo ad priuationē associationis exigūtur eadem tria: quod concedim⁹. Unde dicendū q; ad exclusionē que sequit ad ꝑuationē predictā quattuor exigūtur hic. ſ. qō excludit: ⁊ a quo excludit: ⁊ respectu cuius excludit: ⁊ quartū est ipse actus excludendi: ut qū dicit: solꝰ ſortes currit: alij a ſorte excluduntur ut a subiecto respectu cursus: ⁊ actus excludēdi importat p hanc dictionē solus. Et hec quattuor cause exigunt ad exclusionē simplicit. Ex predictis patet quedam regula que talis est: Ubicūq; vere fit exclusio semp id respectu ei⁹ exclusio ponit in eo a quo oīa excludunt: ut tm̄ hō est risibile. hic enī risibile respectu eius fit exceptio ponit in hoīe a quo oīa alia excludūt. vñ sequitur tm̄ hō est: ḡ hō est risibile. ⁊ tm̄ hō currit: ergo hō currit. Ex ꝑdictis sequit alia regula que talis ē: Oīs dictio exceptiua vera relinquit suam proiacentē verā: ut ꝑz ex predictis exemplis: ut solus ſortes currit ergo ſoz. currit. Propositio dicit exclusiua in qua ponit dictio exclusiua: ut tm̄ solus: ut solū ſortes currit: tm̄ ſortes currit. Proiacens autē dicitur ipsa propositio remota dictiōe exceptiua: ut homo currit: ul' ſortes currit. Scōm predicta queritᵉ de hoc sophismate: tm̄ vnū est. Probatio: vnum est ⁊ nihil est aliud quod nō sit vnū: ergo tm̄ vnū est. Cōtra: multa sūt: ergo tm̄ vnū est. Itē ꝓbatio ꝑme: qz ut vult Aristo. ⁊ Boeti⁹: vnum quodq; singulariter est: qz vnū est: ergo vnū tm̄ est. Itē in eodem Boetio: Unūquodq; est ideo quia vnū: numero ē: sed vnū numero est vnū: ergo vnūquodq; vnū est: ergo tm̄ vnū est. Itē ad idem patet p quandā regulam que talis est Quotiēscūq; vnū de altero conuertibiliter predicat si dictio exceptiua vere adiungit vni ⁊ reliquo: ut tm̄ hō currit ergo tm̄ risibile: ⁊ ecōuerso. sed vnū conuertit cū ente: ergo si dictio exceptiua vere adiungitur enti: ergo ⁊ vni: sed hec ē tm̄ ens est: ergo hec est vera tm̄ vnū est. Solu. prima deplex: qz hoc nomē vnū est equiuocū eo q; est quedam vnitas que est essentialis: ut illa per quā res existit in esse specialī siue in esse specifico. ⁊ hec est vnitas p formā completiuam dantē esse rei ſepando ⁊ distinguēdo ipsam rem ab omnib⁹ alijs in sua specie: ut ſortes nō solū est in specie hominis p suam formā completiuaz: sed etiam ipe p ipsam p ficitur in suo esse proprio: ⁊ specificatur quam distinguitur ab omnibus alijs hoīb⁹: ⁊ hec est vnitas eētialis. Alia est vnitas accidentalis que est ꝓncipiū numeri. vñ sicut numerus accidit rebus que numerant: silr ⁊ vnitas p quam numerant: ⁊ que est principiū numeri accidit eis. Quicqd enī mouetur per hanc vnitatem numeratur: quia nihil aliud est numer⁹ nisi aggregatio vnitatū. Numerus enī est multitudo ex vnitatibus aggregata: vtraq; istarū vnitatū ꝺuertitur cū ente. Sed differūt in hoc quia prima est essential: ⁊ in hoc q; prima est secūda: ut accīs in subiecto: vnde secūda accidit prime: ⁊ sic vnitas dicit eq̄oce: ⁊ silr vnū. Dico ergo q; si accipiatur vnitas eētialis siue vnū essentiale: sic prima est vera. Si aūt accipiatur accidentalis siue vnū accidentale sic prima est falsa: qz dictio exclusiua adiūcta parti numerali destruit totū: ut duo tm̄ currūt: ergo non tria. sic ⁊ tm̄ vnū non: ergo duo: uel non: ergo multa. Alij dicunt q; ꝓma est duplex: hec. ſ. tm̄ vnū est eo q; potest fieri exceptio rōne suppositi: ⁊ sic est vera. uel potest fieri exceptio rōne accidentis siue formē: ⁊ sic falsa: ⁊ tunc sequit: tm̄ vnum est nō ergo multa sunt. sed primā solutionē credo eē veriorē. Ad improbationē vō dicendū q; procedit fm q; vnū dicit vnitatē essentialem: quia quicqd est p suū completiuū est que dat ei eē: ut ſortes est per suam formam completiuam que est aīa ipsius: ⁊ specificat ⁊ differt ⁊ dat ei essentialem Et sic est de omnib⁹ alijs. Ad improbationē dicendū q; accipit vnitatē accidentalē que p sui aggregationē est principiū vnū: ⁊ hoc modo tenet improbatio. Ad duo argumenta sequētia dicendū q; accipiunt vnum essentiale sicut improbatio accidentale. Ad vltimū argumentū dicēdū q; bene sequit tm̄ ens est: ergo tm̄ vnus est. accipiendo enī ens fm vnitatē essentialem: sed nō sequit tm̄ ens est: ḡ tm̄ vnū est: qz accipit fm vnitatē accidētalem q̄uis vnitas accidentalis ꝺuertat cū ente: qz vnū accidentale dicit discretionem siue rem discretā quam sit principiū vnū. ens vō formē nō dicit rem suam p modū substantie: ⁊ sic peccat fm figuram dictiōis: sicut hic tm̄ homo currit: ergo tm̄ vnus hō currit. posito q; oēs hoīes currant: ⁊ nihil aliud currat: hec est vera tm̄ hō currit. hec aūt est falsa tm̄ vnus hō currit. ⁊ est figura dictionis sicut dictū est: qz hō dicit rem suam p modū substantie: sed vnus addit discretionē vni sup ipm. Preterea ibi est accīs: qz q̄ esse ꝺueniat vni ⁊ multis q̄uis dictio exceptiua vere adiūgat enti respectu esse: ut tm̄ ens est: non tm̄ pōt adiungi dicēti discretionē numeralem vnū de hoc vno non possū dicere tm̄ vnū est: qz tunc excludent duo tria ⁊ sic de alijs ascēdendo: ut tm̄ vnū: nō ḡ duo neq; tria ⁊ sic de alijs. vñ eē ē ibi res subā: ⁊ vnū ē accidens ei: ⁊ exclusio respcū eē assigt ꝺuēire vtriq; siue fieri ab vtroq;

Ad illud quod obiicitur per regulam ouertibiliū dicendū q regula debet intelligi remoto accidēte sicut alie oēs regule cuius enī regula sit sine maxima. Quicquid enī predicatur de diffinitione ⁊ de diffinito: nō sequitur: animal rationale mortale est diffinitio. ergo hec est diffinitio propter accidens quod impedit.

Circa tertiū queritur quot partes sunt exclusionis ⁊ solent esse due: q⁹ ponitur duplex exclusio. Una est generalis ⁊ altera specialis. Generalis exclusio ponitur cōiter qñ excluditur diuersum genere. Specialis vo qñ excludit diuersum specie. Sed contra: diuersum tripliciter dicitur: diuersum genere: diuersum spē: diuersū numero. ergo si conclusio dicitur generalis q⁹ diuersa gnē excludunt: ⁊ specialis q⁹ excluditur diuersum specie: ergo debet esse alia exclusio numeralis ex eo q⁹ excludūtur diuersa numero: ergo nō solū erunt due partes siue due spēs exclusionis: sed etiam erūt tres. Et dicendū q⁹ nō sunt nisi due partes exclusionis. s. generalis ⁊ specialis: sed nō dicit exceptio generalis eo q⁹ diuersa genere excludūtur: sed q⁹ ab aliquo subiecto excludant oīa que cōicant cū eo in aliquo genere siue in aliquo generali ut ad oīa que sunt sicut in ente. Unde hoc modo sensus huius ꝓpōnis: solus sortes currit ē talis: sor. currit ⁊ nihil uel nullū aliud ens. Itē spāl exclusio non dicit eo q⁹ diuersum specie excludatur. sed dicitur exclusio specialis qñ ab aliquo subiecto excludūtur quecūq cōicant cū eo in aliquo speciali: ⁊ b modo sensus huius solus sor. currit cū talis sor. cur. ⁊ nullus alius bō curit. vñ excludunt alij particulares boēs quicunq cōicant cū sor. in homine. Et sīr solus homo currit. i. bō ⁊ nullum aliud aīal: quia aīalia oīa cōicant cū hoc in aīali. ⁊ hec est specialis exclusio. ⁊ sīr sensus huius: solus homo currit sit talis: homo currit ⁊ nihil aliud currit: tūc est exclusio generalis Ex predictis patet q⁹ idem numero nō potest excludi: nel ea que cōicant in numero eodem: quia qum dicitur solus homo currit: ita ponit q⁹ homo currit per regulaz de tam que talis est: Oīs exclusiua vera relinquit suam precedentē veram ⁊ sic excludetur idem numero: tūc excluderetur risibile: uel animal rationale mortale: ⁊ sic esset sensus: solus currit ⁊ nullū risibile uel nullū animal rationale mortale currit: ⁊ sic ponitur hec contradictio: ⁊ ob hoc non poterit fieri exclusio numeralis. Ex predictis patet q⁹ quecūq sunt diuersa genē uel diuersa numero uel diuersa specie cōmunicent in aliquo generali ad omnia ut in ente aut in aliquo speciali sub ente cōmuniter: non possunt esse nisi due partes exclusiōis. s. generalis ⁊ speialis. De speciali solet dari talis regula: Quotienscūq fit specialis exclusio nō tenet argumentū ab inferiori ad superius cum dictione exclusiua: neq a superiori ad inferius: neq a parte predicati: neq a parte subiecti: ut sol⁹ sortes currit: ergo solus homo currit. ⁊ similiter a parte predicati fit processus: ut sor. currit ergo solus mouetur: quia semper est ibi fallacia consequentis. ⁊ patet q⁹ nō tenet huiusmodi argumētatio: quia posito q⁹ solus sortes currat: ⁊ quidam equus: tunc est hec vera: solus sortes currit faciendo specialē exclusionē: quia sensus est sortes currit ⁊ nullus alius homo. hec aūt est falsa: solus homo currit faciendo specialem exclusionē: quia sensus est homo currit ⁊ nullū aliud animal: quod falsum est qū equus currat. ⁊ similiter a parte predicati: quia posito q⁹ solus sortes currit: ⁊ plato moueatur sed non currat: tunc hec vera solus sortes currit. hec est falsa solus sor. mouetur: ⁊ sic patet q⁹ nullū est argumentū. Quo vo ibi fit consequens patet q⁹ premissa claudit in se vnam affirmatiuā et aliam negatiuaz: ut solus sortes currit. i. sortes currit ⁊ nullus alius homo. ⁊ solus homo currit. i. hoc ⁊ nullus aliud animal: ⁊ propter negatiuas non tenet argumentū ab inferiori negato ad superius: ⁊ propter affirmatiuas nō tenet a superiori ad ad inferius. De generali exclusione talis solet dari regula: Quotienscunq fit generalis exceptio bene tenet argumentū ab inferiori ad superius cum dictione exceptiua a parte subiecti ⁊ nō a parte predicati: ut solus sortes currit: ergo solus homo currit. quia prima claudit in se istas duas solus sortes currit: ⁊ nihil aliud a sorte currit. et propositio illata claudit intra se istas: homo currit: ⁊ nihil aliud ab homine currit. Sed ratione affirmatōnis bene sequitur sortes currit: ergo homo currit. ratione negationis bene sequitur nihil aliud a sorte currit: ergo nihil aliud ab homine currit: ergo bene sequitur a parte subiecti faciēdo generalem exclusionem: ut solus sortes currit: ergo solus homo currit.

Uartū de quo querebatur circa dictiones exceptiuas erat descēdendo ad vnam de quattuor causis exclusionis. s. ad id quod excluditur: ⁊ ista cōtinet sub se septem alias. Prima est vtrum dictio exceptiua ad iuncta enti possit excludere aliud: ut tm̄ ens ⁊ nihil aliud. Similiter si adiungatur istis terminis que conuertunt cū ente: ut sunt isti: vnū aliquid res. Secunda questio est magis descēdendo. s. vtrum dictio exclusiua adiuncta vni generalissimo excludit aliud: ut tm̄ substantia non ergo quātitas ul' econuerso. Tertia questio est specialior omnibus aliis supradictis. s. vtrum dictio exceptiua adiūcta speciei vnius predicamenti possit excludere speciem alterius predicamenti: ut tm̄ homo non ergo color ul' albedo. Quarta questio est vtrum dictio exceptiua adiuncta alicui speciei vnius predicamēti possit excludere ceteras species eiusdez predicamēti: ut tm̄ homo nō ergo equus. uel tm̄ color non ergo scientia: ⁊ in vnoquoq predicamēto: ⁊ hec est specialior omnibus predictis. ⁊ istas quattuor questiones intelige in terminis substantialibus dicētibus quid siue predicantibus in quid: sicut species ⁊ genera vniuscuiusq predicamēti. Quinta questio est vtrum dictio exceptiua adiūcta termino accidentali excludat alios terminos accidentales: ut tm̄ coloratum: ergo sonor. Sexta questio est vtrū dictio exceptiua addita vni oppositorū excludat alterū in quolibet genere oppositis: ut tm̄ albū: nō ergo nigrum: ⁊ tm̄ videns non ergo cecum: ⁊ sic de alijs. Septima questio est vtrum dictio exceptiua addita toti excludat partē uel ecōuerso. ⁊ vtrum addita minori numero excludat maiorē ul' ecōuerso: ut tm̄ paries nō ergo domus: ⁊ tm̄ duo nō g̃ tria.

Circa p̄mā obiicit q⁹ dictio exceptiua adiuncta enti uel suis ouertibilib⁹ nihil pōt excludere: q⁹ qō excludit debz ouenire cū eo a quo fit exceptio in gnāli ul' spāli. Sz nihil pōt cōuenire cū ente in aliquo gnāli ul' spāli supra ens duplici de causa. s. uel q⁹ nihil aliud est ab ente: uel quia nihil aliud est supra ens: ergo nihil pōt excludi ab ente: g̃ dictio exceptiua adiuncta enti nihil pōt excludere. Itē ad idē dictio exceptiua non potest excludere nisi qō est extra terminū cui adiungit: ut tm̄ bō nō ergo asinus: q⁹ asin⁹ extra boēz est: sz nihil est extra ens: g̃ dictio exceptiua adiuncta enti nihil pōt excludere. Itē ad idem nihil excludit nisi idē uel diuersum quo ad nālem suppositionē: ut tm̄ bō nō ergo asinus. ul' quo ad quandam accidentalem ut quo ad eam q̄ fit p aliq̄ restringēs tm̄ ex eadez pte: ut tm̄ bō albus non ergo niger. ex hac pz ab aliquo termino nō restricto p aliq̄d ex eadez pte sz simplr supto non pōt excludi nisi quo ad nālem suppōnez: sz ab ente simplr nihil est diuersū quo ad naturalem suppositionē: ergo ab ente simpliciter supto predicta restrictione nō restricta siue coartata nō potest excludi: ergo dictio exceptiua adiūcta enti nihil potest excludere. Itē ad idem: Quicq̄d est ens est: quicq̄d est est ens ergo ouertibilia sunt ens ⁊ ee. sed nihil est dictū: tm̄ est nec aliquid excluditur: ergo nihil est dictum tantū ens est nec aliquid excluditur. Solutio: exceptiua dictio adiuncta enti excludit aliq̄d: q⁹ excludit oīa que ad naturalem suppositionē eoz que sūt diuersa ab ente: ⁊ in naturali suppositione eorū que conuertūtur cum ente: quia cū ente: quia natural' suppositio nō solū est de ente sed etiam de nō ente

Naturaliter enī ſupponūtur p terminū tam entia q̄ nō entia. vñ exclusio nō ſolū eſt de ente ſz etiā de nō ente. vñ ſeqūtur tñ ens eſt: g̃ nihil aliud ab ente eſt Ad aliud q̄ obij cit dicendū q̄ ꝺuertit ꝺiām vñ peccat ſm ꝺñs: & q̄ q̄cq̄d cōicat in aliquo gnāli: uel in aliquo ſpāli cū eo a quo fit exceptio debet excludi p dictionē exceptiuā & non ecōuerſo. nō enī oportet q̄ illud q̄ excludit̄ ſiue quicq̄d excluditur cōicet cū eo a quo fit exclusio in aliquo gnāli uł in aliquo ſpeciali quia cōuertit ꝺſequentiā: ſicut hic: Quicq̄d eſt hō eſt aīal: & nō ecōuerſo q̄ quicq̄d ſit aīal q̄ ſit hō. Sicut enī aīal in pluribus eſt q̄ hō: ſic excludi in plurib⁹ eſt q̄ in cōicantibus in ſpeciali uel in gnāli cū eo a quo fit exclusio: q̄ eſt in iſtis & nō in cōicantib⁹. vnde nō oportet q̄ ſi aliquid excludat̄ ab ente q̄ cōicet cū aliquo in aliquo generali uł ſpeciali que ꝺuertit conſequentiā. Ad ſecundū dicendū q̄ hec eſt duplex: dictio exceptiua nō poteſt excludere niſi quod eſt extra terminū: quia eſſe extra terminū dupliciter eſt. q̄ uel quo ad eſſentiā ſicut alia eſt eſſentia hoīs: & alia equi. uel quo ad naturalem ſuppoſitionē: ſicut equus non cōtinet̄ in naturali ſuppōne hoīs: nec ecōuerſo. vñ dicit q̄ nō fit exceptio general' excludunt̄ ea que ſunt extra terminū quo ad naturalem ſuppoſitionē entiū cōmunicantiū cū illo a quo fit exceptio in aliquo ſpeciali. Uñ ſz aliq̄n excludantur ea que ſunt extra terminū quo ad eſſentiam: ut tñ hō non ergo aſin⁹ nō excludunt̄ inquantū ſunt extra terminū quo ad naturales eſſentias: ſz inquantū ſunt extra terminū quo ad naturalē ſuppoſitōnē. vñ dico q̄ licz quo ad eēntias nihil fit extra ens: q̄ eēntia ſimul ſunt eēntium: inde quo ad naturalem ſuppoſitionē aliq̄d eſt extra ens: & ſic dictio excluſiua addita enti aliquid poteſt excludere. Ad tertiū ſoluendū p interemptionē quia aliquid eſt extra naturalem ſuppoſitionē entis ut dictū eſt: q̄ non ſupponūtur eſſentia p terminū. Ad vltimū aūt dicendū q̄ nō poteſt fieri excluſio ab hoc actu eſſe: q̄ ille actus eſſe comprehendit ſub ſe eſſe alium actum: ſicut conſequens comprehēdit ſub ſe quodlibz aliud antecedens ſuū: & ideo nullus alius actus pōt excludi ab hoc actu eē. Sed ens nō comprehēdit ſub ſe oē aliud ſuppoſitū: ſz ſolum ſuppoſita ſua & ſuarū partiū: q̄ ſuppoſita nō eſſentiū impoſſibiliū eē nō comprehēdit ſub ſe ut vacui & infinitū & alioꝝ nō entiū & ideo pñt excludi ab ente q̄ excluſio fiat ab eo quo ad naturalem ſuppoſitionē. Q̄ aūt ille actus eē comprehēdat eē aliū actum ſub ſe: nō quo ad ſubiectionē uel predicatōez: ſz ut ita dicam quo ad ſucceſſionē pz q̄ oēs alij actus antecedunt ad iſtū: ut ſi eſt eſt: & ſi cogitat eſt & ſic de alijs. Circa ſecundū ſic obiicit̄ q̄ dictio exceptiua excludat diuerſū quo ad naturalem ſuppoſitionē: & vnū gnāliſſimū nō ſit de de ſuppoſitione alteri⁹ neq̄ ecōuerſo: ſed ſunt diuerſa quo ad naturalē ſuppoſitionē: ergo dictio excluſiua addita vni gnāliſſimo excludit alterū: & ecōuerſo. Itē ad idem: Dictio excluſiua excludit ea que ſunt diuerſa a ſubiecto: ſiue excludit diuerſa ſubiecta: ut tñ grāmatica: nō ergo muſica ſed diuerſa generaliſſima nō poſſūt eſſe ſubiectū vnū: imo ſunt diuerſa ſubiecta: ergo dictio excluſiua adiūcta vni generaliſſimo excludit alterū & ecōuerſo. Sed ꝺra: dictio excluſiua non poteſt excludere quod intelligit̄ in ſubiecto cui adiungitur. ut tñ albū currit nō ergo corpus currit: uel tñ grāmatic⁹ diſputat: nō ergo hō diſputat: q̄ albū ꝺat intelligere corpus: & grāmaticus ꝺat intelligere hominē: ſed quantitas ꝺat intelligere ſubſtantiam: ergo dictio exceptiua adiuncta quantitati nō poteſt excludere ſubſtantiam: ergo dictio exceptiua adiuncta vni generaliſſimo nō excludit alterū. Itē ad idem: Omnis excluſiua ponit ſuā preiacentē verā. & ideo ſequitur: ſi tñ quantitas eſt quantitas eſt: & ſi quantitas ē ſubſtantia eſt: quare alia a ſubiecto nō ſunt niſi in ſubſtantia: ergo poſita quantitate uel quolibet alio generaliſſimo neceſſe eſt ponere ſubſtantiā: ergo a primo: ſi tñ quantitas eſt ſubſtātia eſt: & ſic de alijs generaliſſimis: ergo dictio excluſiua adiūcta vni nō excludit alterū.

Et dicendū q̄ dictio excluſiua adiuncta vni generaliſſimo excludit alterū vno modo: & alio modo nō ex eo q̄ generaliſſima alia a ſubſtantia habent duas comparatōnes. Unam ſm abſtractionē prout vnūquodq̄ ordinatur ſm predicamētalem lineam in ſua ordinatione ad omnes ſpecies ſiue ad omnia indiuidua ſub ipō exiſtentia. & hoc mō poteſt in quolibet predicamēto fieri talis figura ſicut illa que eſt in ſubſtantia que ꝺicitur arbor porphirij. Alia aūt habent emancipationē ſm concretionē ad ſubſtantiam in qua ſunt: & ſic ſumunt̄ omnia per modū accidentis: ſed ſm comparationē prima ſumuntur per modū eſſentie ſiue per modū eius qui eſt quid. vnde ſm primā comparationē dictio excluſiua adiuncta vni generaliſſimo excludit alia generaliſſima: & ſic concedo niſi quādo faciunt ſubiectū vnū quod in paucis accidit: ut tñ ſubſtantia eſt colorata: Dic enī excluditur ſuperficies: quia ſuperficies & ſubſtantia faciunt vnū ſubiectū coloris. vnde niſi diuerſa predicata faciunt ſubiectū vnum: ſemper dictio excluſiua adiūcta vni generaliſſimo excludit alterū ſm hanc comparationē: ſed ſm comparationē quam habeat ſm concretionē: ſic dictio excluſiua adiuncta vni nō excludit alterū. vnde q̄ ꝺicitur tñ agens currit: nō ſequitur grāmaticus nō currit uel mu ſic⁹ uel tricubitū uel bicubitum uel homo: quia ſortes homo eſt & bicubitus uł tricubitus: uel grāmaticus muſicus & agens. Unde dicendū ergo breuiter q̄ generaliſſima ſumantur in concretōne: dictio excluſiua adiūcta vni generaliſſimo nō excludit alterū. Sed ſi ſumātur in abſtractione tunc dictio excluſiua adiuncta vni excludit alterum niſi faciant ſubiectū vnum. Ad alia duo argumenta primo dicendū eſt q̄ bene tenēt ſi ſumantur in abſtractione & nō faciunt ſubiectū vnuum. Ad tertiū argumentū dicendum q̄ vnuz intelligitur in altero dupliciter: quia vno modo intelligitur vnū eſſentialiter: ut animal in homine: & tale nō excluditur. vnde ſequit̄: tñ homo currit: nō ergo animal currit. Alio autē modo intelligitur vnū in altero per pendentiam accidētis ad ſubiectū. vnde in omni accidente includitur ſubiectum: & hoc ꝺicitur quia accidens concretū ꝺat intelligere ſubiectum: ut album ꝺat intelligere corpus & etiam accidēs in abſtractione ꝺat intelligere ſubiectum Color enī non poteſt eſſe niſi in corpore. vñ ſiue accipiant colorem in concretōne ſic & proprie ꝺicitur coloratum ſui ab abſtractōne ſemper intelligitur corpus: & ſic de alijs nomen predicamentis: quia intelliguntur abſtracta: ut quantitas qualitas & ſic de alijs. ſiue concreta: ut quantum: tale ſemper ꝺat intelligere ſubſtantiam. ꝺico ergo q̄ quod intelligitur in accidente concreto non excluditur. vnde nō ſequitur tñ album currit: nō ergo corp⁹. uel tñ homo currit: nō ergo animal. Sed illud quod intelligitur in accidente abſtracto bene excluditur per dictionem excluſiuam: ut tñ quantitas: non ergo ſubſtantia. & hoc ꝺico niſi illa duo faciunt vnum ſubiectum alicuius accidentis: ſicut dictum eſt prius: Sicut & ſuperficies eius faciūt vnum ſubiectum albedinis uel coloris. Ad quartum dicendum q̄ re vera omnis propoſitio excluſiua ponit ſuam preiacentem verā ſed in hac propoſitione tñ quantitas eſt duo ſunt. ſ. hec dictio tñ q̄ eſt dictio excluſiua: & illud cui adiungitur. ſ. quātitas. Dico ergo q̄ dictio excluſiua excludit ſubſtantiam: ſed quantitas ponit eam. & ideo propoſitio tñ quantitas ē ponit contradictionem: quia ponit ſubſtantiam eſſe & nō eſſe. Ponit etiam ſubſtātiam ratione quantitatis: & remouet eam ratione excluſionis que additur quātitati. Circa tertium obiicitur ſic: quum ꝺicitur tñ homo eſt albus: ex hoc non ſequitur: ergo ſuperficies hominis nō eſt alba: ergo dictio excluſiua addita vni ratione ſpeciei vnius predicamenti non excludit ſpeciem alterius predicamenti.

Sed contra magis differunt ea que sunt in diuersis generibus q̄ ea que sūt in eodem genere: siue ea que sunt sub eadē specie: q̄ pluribus differentijs differunt. ſz dictio exclusiua addita vni indiuiduo excludit aliud indiuiduū q̄ est sub eadez specie: ut tm̄ sortes: nō ergo plato: ergo magis excludit ea que sunt diuersoz generū: quia magis differūt ergo dictio excludua addita p̄dicamenti vni⁹ speciei excludit species alterius p̄dicamenti. Et dicendū q̄ in genere quinq̄ sunt ea que debent excludi. Unū est diuersuz subiectum: ut tm̄ sortes currit. excludit plato ⁊ alij particulares boies: q̄ non possunt facere subiectum vnū sed diuersum. Secundū est diuersum logico: ut tm̄ hic nō ergo ibi. Tertium est diuersum tpe: ut tm̄ in hoc tēpoze ergo nō in illo. Quartū est opposituz ex parte p̄dicamenti: ut tm̄ sortes est albus: ergo nō est niger nec medio coloze colozat⁹. Quintū est accidens siue diuersuz accidens a pte p̄dicati: similit̄ positum dū ita sit q̄ vnuz nō iusit p alterū: ⁊ ideo nō sequitur: tm̄ sortes est grāmaticus nō ergo musicus: tm̄ legit: nō ergo disputat: nō ergo currit: ⁊ nō sequit̄: tm̄ sortes est colozatus: nō ergo quantus: q̄ colozatus inest sorti p hoc q̄ est quantus. nō sequit̄: tm̄ currit: nō ergo mouet̄ eo q̄ vnū inest in altero siue intelligit̄ p alterum fm concretionē. Et in omnib⁹ bis quinq̄ modis excludit̄ diuersum p dictionem exclusiuā. Et in bis pz solutio p̄mi argumēti: q̄ homo ⁊ superficies eius subiectum vnū est colozis ⁊ nō diuersum vnde nō concludit̄ superficies p hanc dictionem tm̄ cū dicit̄ tm̄ sortes est albus: ita dictio exclusiua adiūcta speciei vni⁹ p̄dicamenti excludit alias dū nō faciūt subiectū: vnde vnū nō insit p alterū ut dictum est. ℣Patet etiā solutio alterius argumenti: q̄ dictio exclusiua excludit diuersum siue differens aliquo p̄dictoz modoz tm̄. Ex p̄dictis patet solutio quarte questionis que erat vtrū dictio exclusiua adiūcta speciei vnius p̄dicamenti excludit species alias eiusdez q̄ omnes alie species eiusdē generis excludunt̄ nisi in vna comparant̄ ad aliam nō solum ut species disparata ſz etiā ut terminus eiusdē: ⁊ ideo nō sequit̄: tm̄ superficies est: ergo linea nō est: q̄ linea est terminus superficiei ⁊ superficies cozpozis. vnde bene sequit̄: tm̄ homo non ergo asinus: q̄ iste species solūmodo comparant̄ sibi inuicem ut disparate.

Ex p̄dictis patet quinta questio que erat vtruz dictio exclusiua adiuncta termino accidētali excludat terminos accidentales alios: q̄ dictio exclusiua ut dictum est p̄ius habet excludere omne accidens diuersum siue disperatuz dū ita sit q̄ vnū nō insit p alteruz vel faciūt subiectū vnū. vnde sequit̄: tm̄ sortem esse grāmaticū: non ergo esse musicū. sed nō sequit̄: tm̄ sortem esse colozatū: nō ergo esse quantū: q̄ colazatū inest sorti eo q̄ est quantū. neq̄ sequit̄: tm̄ album esse nō ergo cozpus: q̄ ita faciūt subiectum vnū. Circa sextam questionē obijcit̄: q̄ dictio exclusiua adiuncta vni oppositoz excludat alterum in quolibet genere oppositionis: quia duo opposita nō possunt facere subiectū vnum ſz diuersa: ſz quotiensc̄uq̄ aliqua nō faciunt vnū sed diuersa oportet q̄ vnū excludat̄ ab altero p dictionē exclusiuam: g̃ dictio exclusiua adiūcta vni oppositoz habet excludere reliquū. Q̄ō concedimus sicut in contrarijs: ut tm̄ albus currit: nō ergo niger. Scōm p̄dictam querit̄ de hoc sophismate: tm̄ verū opponit̄ falso. ℣Probatio. Uerū opponit̄ falso ⁊ nihil aliud q̄ verū opponitur falso: ergo tm̄ verum opponit̄ falso. Contra: tm̄ verū opponit̄ falso: ergo tm̄ verum ⁊ falsum opponunt̄ q̄ falsum est: q̄ album ⁊ nigrū opponunt̄ ⁊ calidū ⁊ frigidum. Solutio. Dicendū est q̄ p̄ma est simpliciter vera ⁊ ip̄robatio peccat fm consequens ab inferiori ad superius affirmato cum dictione exclusiua: quia opponi verum falso in minus est q̄ opponi: sicut oppositio veri ⁊ falsi in minus est q̄ oppositio: cum hec sint species: illa vo genus: ⁊ sic cum dicit tantū verum opponit̄ falso: ergo tantū verū ⁊ falsum opponit̄ peccat fm consequens.

Item dubitat̄ de relatiue oppositis: q̄ ex hac tantū patet est sequit̄ ergo filius est. vnde si tm̄ pater est: pater est: q̄ omnis exclusiua ponit suam p̄eiacentē: ut si pater est filius est a relatiue oppositis ergo a p̄mo: si tm̄ pater est filius est: ergo dictio exclusiua adiuncta vni relatiue oppositoz siue cozrelatiuoz nō excludit reliquū. Et dicendū q̄ dictio exclusiua adiuncta vni cozrelatiuoz excludit reliquū: ſz in ista: tm̄ pater est ponit cōditionē: quia dictio exclusiua excludit quicquid nō facit subiectū vnum fm diuersa cū pater ⁊ filius faciat substantia diuersa ⁊ ut vnū q̄ nihil est dictum pater filius est: ſz quia pater ⁊ filius referunt̄ ad se inuicem: ⁊ ideo dictio exclusiua adiuncta patri excludit filiū ⁊ econuerso. vnde in ista: tm̄ pater est, excludit̄ filius rōne dictionis exclusiue: sed pater ponit̄ rōne p̄iacentis: sed pater est p hoc q̄ō est ad filiū: ⁊ ita rōne p̄iacentis ⁊ rōne exclusionis nō solum remouet̄ filius ſz etiam pater: q̄ filius est p hoc q̄ō est patrem ⁊ sic tm̄ pater est. ponit duplicē cōtradictionē: q̄ ponit filiuz esse ⁊ nō esse: ⁊ patrē esse ⁊ non esse. Circa p̄dicta querit̄ de hoc sophismate: Si tm̄ pater est nō tm̄ pater est. ℣Probatio. Si tm̄ pater est pater est: ⁊ si pater est filius est. ⁊ si filius aliud a patre est: nō tm̄ pater est. Contra: ibi significat̄ opposituz sequi ad suū oppositum: ergo locutio est falsa ⁊ impossibilis. Ad hoc soluūt quidam q̄ pater tripliciter significat̄ sicut album vno modo nominat id q̄ō erit album: ⁊ hoc modo albuz potest esse nigrū fm q̄ hec est vera: subiectū albedinis potest esse album. Alio modo album dicit compositionē ex subiecto ⁊ accidente: ut album currit. i. res habens albedinē currit. Alio modo album negat ipsum accidens. vnde cum dicit̄ albus contingit eidez vni ⁊ eidem inesse ⁊ nō inesse. Similiter pater dicit vno modo subiectuz paternitatis: ut pater generat filiū: id quod est pater. Alio modo dicit compositum ex subiecto ⁊ accidente: ut pater currit. i. homo vel animal habens paternitatem currit. Et bis duobus modis excludit̄ vnum cozrelatiuoz p dictionem exclusiuā adiuncta alteri. Alio modo pater nominat ipsā relationē que est paternitas ut cū dicit̄: pater est in genere relatiōis: ⁊ hoc mō nō excludit̄ vnū cozrelatiuoz ab alio: q̄ sic vnū ponit aliū ⁊ econuerso: sed ꝫ nihil est: q̄ cū dictio exclusiua excludit quecūq̄ nō faciunt subiectum vnū ſz diuersa ⁊ pater ⁊ filius nō possunt facere vnum ſz diuersa. ſz diuersa fm q̄ sunt in genere relatiōis neq̄ ab aliquo neq̄ alio modo oportet q̄ dictio exclusiua adiuncta patri excludat filiū ⁊ econuerso. Q̄ō concedimus. Solutio recta est dicendū q̄ si hec tm̄ pater est: nō tm̄ pater est simpliciter est vera ſz fm suū antecedens est impossibile hec. ſ. tm̄ pater est. hec dictio tm̄ remouet esse ad subiectum: vel accidens a patre: ⁊ ita remouet filium: ⁊ est ibi hoc relatiuū pater q̄ō ponit filiū: ⁊ ita ex vna parte remouet filiū. ſ. a parte conclusionis ex alia parte ponit ipsum. ſ. a parte sui cozrelatiui. Ad improbationē aūt soluendū p interemptionē: quod nō sequit̄ in oppositis ad oppositum: ſz sequit̄ vna pars contradictionis ad antecedens q̄ō concludit inter se vtrāq̄ partez contradictionis ⁊ sic sequit̄ pars ad totum sicut hic: sortes currit ⁊ nō currit ergo sortes currit. Locus a toto ⁊ intelligit̄. Contradictio enī integrat̄ ex suis partibus: sicut domus ex suis partib⁹. vnde posita contradictione necesse est ex ea sequi tā de affirmatione q̄ de negatione: p locū a toto integrali. Itē querit̄ de hoc sophismate: ℣Possibile est sortem videre tm̄ omnē hominē nō videntē se. ℣Probatio. ℣Possibile est sortem videre tm̄ omnē hominē cecum: ſz omnis homo cecus est. ſ. homo nō videns se: ergo possibile est sortē videre tm̄ omnē hominē non videntē se. Contra si possibile est ponatur q̄ sit in actu sortes videt tantū hoiem nō videntē: tūc sortes aut videt se aut nō videt se: si nō videt se: ergo est homo nō videns se: ⁊ videbat quēlibet talem: ergo videt se si videt se: ergo est homo videns se: ſz nullū talem videbat: ergo nō videt se: q̄ tantū videbat nō videntē se ergo videt se ⁊ nō videt se. Solutio. p̄ma est ip̄ossibilis hec. ſ. ℣Possibile

est sortem videre tñ omnē hominē nō videntē se. ⁊ illa si/
militer: sortes videt tñ omnē hominē nō videntē se: quia
vtraq; habet in se contradictionez ut iam patebit. ℙroba/
tio. peccat fm consequens ꝓcedendo ab inferiori ad supe/
rius cum distributione ⁊ etiam cum dictione exclusiua: ut
omnis homo: ergo omne animal: ⁊ tñ omnis homo: ergo
tñ omne animal: qz homo nō videns se in pluribus est q̄;
homo cecus. vnde sequit ut cōuersim: ut si homo est cecus
est homo non videns se: ⁊ nō econuerso: quia homo dor/
miens est homo nō videns se: nec tamen est cecus. ⁊ etiam
vigilans habens oculos clausos: est homo nō videns se. Q;
ista sortes videt tñ omnem hominē nō videntem se habet
contradictionem: patet quia equipollet illis duabus. ſ. sor
tes videt omnē hominē nō videntē se: ⁊ nō videt aliquem
nō videntē se. ⁊ iste due sunt exponētes illius. Sed ex illa
sortes nō videt aliquē hominē videntē se: sequit ergo sor/
tes nō videt se videntē se. ⁊ est locus a genere siue a toto in
modo: sicut hec: sortes nō videt aliquē hominē album: ergo
nō videt se album: sed si sortes nō videt se videntē se: ergo
sortes nō videt se: quia conuertunt cuz eaz affirmationes
conuertant. vnde si sortes videt se videntē se: ergo videt se
⁊ econuerso. Sed quotienscūq; affirmationes sibi inuicē
conuertunt necesse est negationes sibi inuicez conuerti: ut
si homo ⁊ risibile conuertunt: ⁊ ut homo ⁊ nō risibile con/
uertunt. ⁊ ideo sequit necessario si sortes nō videt se viden
tem se: sequit ergo sortes nō videt se ꝓ locū a conuertibili
ergo a primo. Si sortes non videt aliquē hominē videntē
se: ergo nō videt se. ⁊ hec est altera pars contradictionis: ⁊
hoc modo sortes videt omnē hominē nō videntē se ⁊ ipse
nō videt se: ergo videt se: ⁊ sic videt se: ⁊ nō videt se. hec aūt
contradictio ⁊ sequit ex duabus exponetis p̄me ⁊ ille due
exponentes p̄me intelligunt in prima: ⁊ contradictio intel
ligit in prima: ⁊ sic in p̄ma: ⁊ sic claudit intra se cōtradictio
nem. Item illud vniuersale ostendit alia rōne: quia se/
quit si sortes non videt aliquem videntē se: ergo sortes vi/
det nullum videntē se: qz nō aliquem ⁊ nullum equipollēt
sicut non aliquis ⁊ nullus: ergo nullus homo videns se vi/
detur a sorte conuertendo actiuā in passiuam: ergo sortes
nō videt se: quia si sortes videret se: iam aliquis homo vi/
dens se videret a sorte. ⁊ dicebant q; nullus homo: ergo a
primo si sortes nō videt se. ⁊ sic habet altera pars contradi
ctionis ex qua est altera exposita: sequit reliqua pars con/
tradictionis sicut prius: quare prima habet in se contradi/
ctionē quod concedimus. Item ꝓbatio q; prima est ve
ra hec. ſ. sortes videt tñ omnē hominē nō videntē se. ℙo/
natur q; virgilius sortes ⁊ plato sint homines nō videntes
se tñ: ⁊ homines alij vident se. ⁊ ponat cum hoc q; sortes
videat tñ illos tres. tūc hec: omnis homo nō videns se: cō/
uertit cum bis tribus singularibus. Virgilius nō videt se
sortes nō videt se: plato nō videt se: ⁊ iste tres in fil sumpte
conuertunt cum illa: quia sequit omnis homo nō videns
se legit: ergo hic ⁊ iste legit ⁊ econuerso. sed sortes videt tñ
illos tres: ergo sortes videt tñ omnē hominē nō videntez
se: ꝓ locum a cōuertibili: quia ab vno cōuertibili ad alterū
sequit cuz dictione exclusiua: ut tñ risibile: ergo tñ homo
ergo hec est vera: sortes videt tantū omnem hominē nō vi/
dentē se. Item ad idem. ℙosito q; sint tres homines ce/
ci: ⁊ alij videant se: tūc ille due cōuertunt: omnis homo ce/
cus: ⁊ omnis homo nō videns se: ſz possibile est sortem vi/
dere tantū omnē hominē cecum: ergo possibile est sortem
videre tantū oēm hominē nō videntē se: g̃ p̄ma est possibi
lis. Solutio. Dico q; prima est falsa ⁊ impossibilis: sicut
prius dictū est: qz ponit contradictionē ut prius patuit du/
plici rōne. Ad primā aūt positionē dicendū q; ponit duo
incōpossibilia: ⁊ concedo q; vtrūq; eoz sit possibile fm se.
Ambo insimul sunt impossibilia: quia hoc est possibile q;
sint tantū isti tres homines nō videntes se: ⁊ aliquid simili
ter fm se est possibile. ſ. q; sortes videat tantū istos tres: ſz
ambo insimul sūt impossibilia: qō sic patet: quia cuz ponit
q; isti tantū tres sint nō videntes se. ⁊ hic ponit q; sortes vi
deat se cum nō sit de numero illoz. ⁊ quando ponit q; sor/
tes videat tantū illos tres i hoc poterit q; sortes nō videat
se q; nō sit de illis ita ponit q; sortes videat se: ⁊ nō videat:
⁊ ita illa duo simul sumpta ponunt contradictionē: ⁊ ideo
sunt incōpossibilia. Ad aliud aūt dicendū q; hec est vera
fm se. ℙossibile est sortem videre tantū omnē hominē ce/
cum: sed nō est possibile posito q; homo cecus cōuertatur
cum homine non vidente se: quia si sortes videt omnē ho/
minē cecum tūc nō videt: si homo cecus cōuertet cū homi
ne nō videte se: tūc sortes videt se: q; nō sit cec⁹: ⁊ a quocūq;
remouet vnū conuertibiliū ⁊ reliquū: ⁊ sic ponit contrariū
in hac secūda ratione q; sortes videat se: ⁊ q; nō videat se: ⁊
sic nō est verū: ſz premissa est impossibilis cum ipsa sequat
exponibile impossibile. Septima questio est virum di/
ctio exclusiua adiuncta parti integrali excludat totum vel
ecōuerso ⁊ adiuncta minori numero excludat maiorem vl
ecōuerso ⁊ videt q; adiuncta toti integrali possit excludere
partem: quia sequit: domus valet tantū centū libras: nō er
go paries: ergo adiuncta toti excludit partē ⁊ ecōuerso: ut
si tantū paries est albus: nō ergo domus. Sed contra, p/
positio exclusiua semp ponit suam p̄iacentē esse veram: ut
tantū domus est colorata: ergo domus est colorata. ſz si do
mus est colorata: ergo paries est colorat⁹: qz posito toto
integrali ponit quelibet eius pars: ergo a primo. Si tantū
domus est colorata: paries est colorat⁹: ergo dictio exclu
siua adiuncta toti nō excludit partez. Et dicendū est q; tria
genera accidentiū reperiunt in toto integrali ⁊ in sua ꝑte:
quia quedam accidentia sunt: que tantū cōueniūt toti inte
grali ut compositi ex partib⁹ integralibus: ⁊ habere partes
omnes fm quantitatē: ⁊ ꝓpter hec anima nō est pars inte/
gralis hominis: sed essentialis: ⁊ valere centū libras conue
nit toti ⁊ non parti. Alia sunt accidentia que cōueniūt tan
tū parti ⁊ nō toti ut esse minus vel sequi ex toto integrali:
vel partialitas vel cōiungi alij quanto ad faciendū maius
fm quantitatē. Tertio aūt modo sunt accidentia que in/
differenter cōueniūt toti ⁊ parti: ut album nigrum caliduz
⁊ frigidum humidū siccum ⁊ cōsimilia: ⁊ in p̄mo genere ac
cidentiuz dictio exclusiua adiuncta toti integrali excludit
partem: ut domus valet centū libras: non ergo paries: ⁊ in
alijs duobus generibus accidentiū dictio exclusiua parti
adiuncta semp excludit totum ⁊ nō econuerso. Itē que
rit de hoc sophismate: A solo sorte differt quicquid nō est
sortes vel pars sortis. ℙrobatio. A sorte differt quicqd nō
est sortes vel pars sortis: ⁊ nō ab alio q; a sorte differt quic
quid non est sortes vel pars sortis: ergo a solo sorte differt
⁊c. Contra: A solo sorte differt quicquid nō est sortes vel
pars sortis: sed plato nō est sortes vel pars eius: ergo plato
differt a solo sorte qō est falsum. Solutio. ℙrima est falsa
⁊ altera ꝓbantiū est falsa hec. ſ. nō ab alio q; a sorte differt
quicquid non est sortes vel pars sortis: quia sua contradi/
ctoria est vera hec. ſ. ab alio a sorte differt quicquid nō est
sortes vel pars sortis. Et si querat aliquis a quo alio: dicen
dū est q; nulla est questio: qz iste terminus alius nō tenet
determinate ꝓ vno: sed cōmuniter ꝓ plurib⁹: sicut hec: posi
to q; omnis homo videat ꝓpriū equū tunc hec est vera: oīs
homo videt equū: nec tamen est querere quē equū videat
quia ille accusatiuus equū non tenet ꝓ vno determinante
ſz cōmuniter ꝓ pluribus. Item videt q; dictio exclusiua
adiuncta toti vniuersali possit excludere partē eius: siue ad
dita maiori numero possit excludit minorem: quia omnes
numeri sunt specie differentes: ut binarius trinarius qua/
ternarius: ⁊ sic de alijs: quia sūt diuerse species ex appolito
condiuidētes numerū: qui est genus omniū specialiū nu/
merox: ergo dictio exclusiua adiuncta vni speciei numeri:
excludit omēs alias: ergo si dictio exclusiua addat maiori
numero excludit quemlibet minorem: qz addita quinario

excludit quālibet aliā ſpeciē:ergo quālibet minorē ſpeciē

Sed contra:Quilibet numerus maior ponit ſemp ſuam partē:⁊ ideo dixit Ariſtoteles q̄ ſi duo ſūt vnum eſt: ergo minor numerus intelligit̄ ſemp in maiori:ſed dictio excluſiua nō remouet quod intelligit̄ in ſua prēiacente:ergo dictio excluſiua addita maiori numero nō excludit minorez. Solutio. Numerus ſumit̄ duobus modis ſicut ⁊ quodlibet aliud totum:q̄ vno modo ſumit̄ numerus ratione ſue totalitatis:ſiue ratiōe ſue aggregatiōis:⁊ ſic dictio excluſiua addita maiori numero excludit quēlibet minorē:ut tm̄ decem ſunt paria:non ergo octo ſunt paria:nec quinq; nec quattuor ⁊ excludit omnes ſupiores:ut ſi tm̄ decem ſūt paria:nō ergo duodecim ſūt paria ⁊ ſimili modo de alijs aſcēdendo. Alio aūt modo ſumit̄ nō ratione ſue totalitatis ſiue totius ſue aggregationis:ſed ratione eor ex quib⁹ conſtat ſiue ex quibus fit: ⁊ ſic dictio excluſiua adiūcta maiori numero nō excludit minorē:imo potius ponit vnde ſequitur tm̄ decem currūt: nō ergo octo currunt: vel ſex imo potius oppoſitum ſequit̄:quia ſi tm̄ decem currunt ſequit̄ q̄ octo currant ⁊ etiā decem ſex currant:⁊ ſic patet q̄ dictio excluſiua addita maiori numero vno modo excludit minorē:⁊ alio modo nō. Sed addita minori numero ſemp excludit maiorē.vnde de parte integrali ⁊ de parte in quantitate:⁊ de parte in loco:⁊ de parte in tempore:⁊ de parte numerali talis dat̄ regula:Quotienſcūq; dictio excluſiua addit̄ parti ſemp excludit ſuū totum:excepto toto vniuerſali:⁊ toto in modo. Ad argumēta predicta facilis eſt ſolutio:quia primū argumentū accipit ſpecies ratiōe ſue totalitatis ſiue ratione ſue aggregationis:⁊ ſic dictio excluſiua addita vni ſpeciei numeri excludit omnes alias. Secundū aūt argumentū accipit ſpecies numeri ratiōe eor ex quibus eſt numerus. Circa predicta querit̄ de hoc ſophiſmate:Solis tribus ſola duo ſūt paucioza. Probatio. Tribus ſola duo ſūt paucioza:⁊ nō alijs q̄ trib⁹ ſola duo ſūt paucioza: ergo p̄ma vera. Contra:ſolis tribus ſola duo ſūt paucioza:ergo ſolis tribus duo ſūt paucioza:⁊ non alijs.ſ.quattuor vel quinq; qō eſt falſum. Solutio.p̄ma eſt duplex:quia poteſt exponi p̄ excluſionē exiſtentē in obliquo: ⁊ ſic eſt vera.vel poteſt exponi p̄ excluſionē exiſtentem in rectitudine: ⁊ improbat̄:⁊ tūc altera de exponentibus eſt falſa hec.ſ.ſolis tribus duo ſunt paucioza cum duo ſūt paucioza omnib⁹ alijs numeris aſcendēdo:⁊ ita nō ſoluz duo ſūt paucioza. Unde ſolet dari talis regula:Quotienſcūq; duo ſincathegreumatica ponunt̄ in eadem locutiōe ſeipſa attingentia duplex ē locutio:eo q̄ vnū poteſt eſſe determinatio alterius vel ecōuerſo:⁊ hoc eſt qō ſolebant dicere antiqui q̄ vnum poteſt includere alterū:vel includi ab eo:vel excludere alterū:vel excludi ab eo. Et nota q̄ in numeris eſt duplex aſcenſus q̄ numerus eſt cauſax:⁊ alius eſt quantitatis ſiue augmēti quantitatis in quantitate.vnde loquēdo de aſcenſu cauſax omnes minores numeri ſūt ſupiores maiorib⁹:q̄ oēs minores ſunt cauſe maiorx numerorx. vnde quanto minor eſt numerus tanto eſt ſupior:q̄ inquantū eſt prior eſt cauſa:⁊ omnis cauſa ſuperior ⁊ prior:⁊ ideo ſupremus principiū in numeris eſt vnitas:⁊ ſic de maioribus numeris loquendo de aſcenſu cauſe ſemp eſt aſcendere a maioribus numeris ad minorē quodlibet:⁊ vltimo ad vnitatē:econuerſo aūt eſt deſcendere. Sed loquendo de aſcenſu quantitatis ſiue de aſcenſu augmenti quantitatis tunc maiores numeri ſūt ſuperiores:⁊ minores inferiores.cū ſit maior quātitas in numeris maioribus q̄ in minorib⁹ hoc modo eſt aſcenſus a minori numero ad maiorem: econuerſo aūt eſt deſcenſus:⁊ ſic aſcenſus ⁊ deſcenſus fiunt dupliciter in ordine minorx.

Is habitis habentur ſex queſtiōes que fiebāt circa quartā queſtionē que erat deſcendēdo ad vnā excluſiōis.ſ.que erat in ea que debent excludi. Cō ſequenter querit̄ de quinta queſtione que fiebat in principio huius tractatus de differentia harū dictionū ſolus ⁊ tm̄ qualiter differunt in ſuis excluſionibus. Et dicendū q̄ hec dictio ſolus excludit ſemp ab aliquo caſuali ſiue ponatur in ſubiecto ſiue in predicato:ut ſolus ſortes currit.i.ſortes currit ⁊ nullus alius. In p̄dicato aūt ut ego do ſolū tibi denariū.i.do tibi denariū ⁊ nullā aliā rem. Sed hec dicto tantū excludit ab aliquo caſuali: ut tantū ſortes currit:vel tm̄ album currit. vel tm̄ legens currit.i.ſortes currit ⁊ nullus alius currit:⁊ ſic de alijs. Aliqn̄ aūt excludit ab aliquo actu reliquos actus:ut cū dicit̄ ſortes tm̄ legit ⁊ nihil aliud facit. Sed contra hec dictio tm̄ eſt aduerbiū:ergo ſemp excludit ab actu:quia aduerbiuz ſemp natum eſt determinare verbum ⁊ ſemp ferri ad ipſum. Et dicendū q̄ ſicut duplex eſt diſpoſitio ſubſtantie: quia vna eſt diſpoſitio ſubſtantie ſm ſe ⁊ abſolute:ut albus niger ⁊ cōſimilia. Eſt aūt alia diſpoſitio ſubſtantie mediante actu: ut cum dicit̄ ille incedit ſupbus: hec dictio ſupbus in hac oratione dicit ſuperbiam que ſubſtantie p̄ actum. Similiter duplex diſpoſitio eſt actus: q̄ quedam eſt diſpoſitio actus ſm ſe ⁊ abſolute ut bene ⁊ male ⁊ velocit̄: ⁊ talis diſpoſitio actus ſemp determinat actum abſolute ⁊ non mediante ſubſtantia: ut bene legit: velociter currit. Alia eſt diſpoſitio actus in mediante ſubſtantia:ut tm̄ tantūmodo ſolus ſolūmodo:⁊ tales diſpoſitiones actus aliquando determināt actum abſolute. Aliquando mediante ſubſtantia:⁊ ideo qñ hec dictio tm̄ determinat actum abſolute tūc excludit ab aliquo ipſo actu alios actus.quando vo determiat actus mediāte ſubſtantia tūc excludit ab aliquo ipſo caſuali ut patuit i exemplis ſupradictis. Itē querit̄ de hoc ſophiſmate: Solus ſortes excludit̄:poſito q̄ ſolus excludatur ab aliquo ſubiecto reſpectu alicuius p̄dicati ⁊ nullus alius excludat̄. Probatio p̄me ſortes excludit̄ ⁊ nullus alius a ſorte excludit̄: ergo ſolus ſortes excludiur. Contra:hec eſt ꝓpoſitio excluſiua in qua excludunt̄ omnes alij a ſorte:nō ergo ſolus ſortes excludit̄. Solutio. Prima ſimpliciter vera:⁊ ꝓpoſitio peccat ſm quid ⁊ ſimpliciter:q̄ cuius p̄ma ſit excluſiua ſimpliciter:tamen ſua excluſio ſit reſpectu hui⁹ actus excludi. Sed qō excludit̄ excluſione nō excludit̄:ſicut qō priuatur a p̄uatione nō priuat̄:q̄ priuare priuationē:hoc nō eſt priuare ſz potius dare habitū:ut priuare cecitatē nō eſt priuare ſed dare viſum:⁊ ſic priuari a p̄uatione nō eſt priuari ⁊ excludi ab excluſione nō eſt excludi. Item videt̄ q̄ ſolus debet reſtringere terminū cui adiungit̄. Probatio per quandā regulā primā datā: Omne adiectiuū nō diminues nec habens naturā ampliandi adiunctū ex eadez parte termino cōmuni reſtringit terminū cui adiūgit̄: ſz hec dictio ſolus eſt talis:ergo terminū reſtringit cui adiungit̄. Et dicendū q̄ regula debz intelligi de adiectiuis ſpecialibus: ut ſunt albus niger ⁊ cōſimilia ⁊ nō de adiectiuis generalib⁹ quia adiectiua generalia nō reſtringunt eo q̄ reſtringens debet eſſe minus cōmune:ſed ſolus eſt adiungibile rebus omniū generū:⁊ ideo nō poteſt reſtringere. Uel dicenduz eſt q̄ quedā ſunt adiectiua que imponunt̄ ab aliqua qualitate ſpeciali:ut albus ab albedine:niger a nigredine:⁊ talia reſtringūt:quia qualitates a quib⁹ ſumunt̄ ſunt ſpeciales. Alia aūt ſūt adiectiua que imponunt̄ a ſubſtantia oblique ſumpta:ut ſolus. Solus enī eſt nō cum alio.vnde i eo intelligitur ille ablatiuus alio ſignificās ſubſtantiā diuerſam in obliquitate ⁊ talia nō reſtringūt. Item poſito q̄ ſolus ſortes ſciat hoc enūciabile equum eſſe animal:⁊ ipſe etiam cū platone ⁊ cum alijs multis ſciat alia multa enunciabilia. Queritur de hoc ſophiſmate:Solus ſortes ſcit aliquod enūciabile qō nō omnis alius a platone ignorat. Probatio:Sortes ſit aliquod enūciabile qō alius a platone ignorat:q̄ ſcit equū eſſe animal: ⁊ hoc enūciabile alius a platone ignorat:ergo vel omnis alius. Si omnis alius:ḡ ſolus ſortes ſcit aliquod enūciabile:quod omnis ali⁹ a platone ignorat: ergo ſortes ſcit aliquod ennūciabile qō ipſe

ignorat qđ est falsum. Si non omnis alius ergo sortes scit aliquod enũciabile: quod nõ omnis alius a platone ignorat: ⁊ hec est ꝑma. Contra alius a sorte scit aliquod enunciabile qđ nõ omnis alius a platone ignorat sicut vnũ dici cõmuniter scitis nõ ergo solus sortes scit ⁊c. Solutio: ꝑma est vera simpliciter: ⁊ iste due Alius a sorte scit aliqđ enunciabile quod nõ omnis alius a platone ignorat. ⁊ nõ alius a sorte scit aliquod enũciabile: qđ nõ omnis alius a platone ignorat. contradicũt vno modo ⁊ alio modo nõ: quoniã hoc quod dico aliquod enunciabile supponit indefinite ꝓ implicationẽ sequentem: que potest restringere ꝑ diuersis cum ponat in eo hoc relatiuũ diuersitatis. ſ. alius indefinite sumptus. Unde in ꝓma hec qđ dico. Aliquod enũciabile supponit solum ꝑ hoc enũciabile. ſ. equũ esse animal. ⁊ hoc relatiuũ alius ꝑ sorte solus. vnde cõcedo qꝫ solus sortes scit aliquod enũciabile: ⁊ nullus alius a sorte. Cum aũt dixit in ꝓbatione. Alius a sorte scit ⁊c. tunc hoc quod dico aliquod enũciabile nõ supponit ꝓ eodem enunciabili sꝫ ꝓ alio: vnde contradicũt si ꝓ eodem supponerent tunc contradicerent.

De exceptiuis dictionib⁹.

Icto de exclusiuis: sequitur de exceptiuis ut ꝑter ꝑterq̃ ⁊ nisi. Et ꝓmo quid significet dictio exceptiua. Secũdo ꝑpter qđ dicat dictio exceptiua. Tertio q̃ ⁊ quot sunt cause que exigunt ad exceptionẽ. Quarto quã habitudinẽ siue quã operationẽ denotet dictio exceptiua. Quinto cuꝫ excipiat semp partẽ multitudinis a qua multitudinez debeat excipere. Sexto vtrum ꝓpositio exceptiua sit vniuersalis vel singularis. Septimo quomodo sumat sub ea siue quomodo sit sub fillogismo. Octauo ⁊ vltimo queritur de constructione ipsius. Circa ꝓmuꝫ nota qꝫ hec dictio ꝑter nõ significat exceptionẽ sicut quidam dicunt neq; ut conceptã neq; ut exercitã. Quod ꝓbat eis dem rationib⁹ quibus ostendebat ꝓius qꝫ hec dictio sol⁹ non significat neq; ut conceptã neq; ut exercitam. Item ostendit ꝑ hoc qꝫ neutro modo significat exceptionem hec dictio ꝑter: qꝫ nulla ꝓpositio significat affectum vel exercitum: sed tñ significat habitudinẽ casualem ad actũ: ergo dictio ꝑter non significat exceptionem ut affectum vel ut exercitũ. Et nõ significat eam ut conceptuꝫ patet sicut ꝓius de dictionib⁹ exclusiuis. ⁊ sic hec dictio ꝑter nullo modo significat exceptionẽ. Quod concedim⁹ dicentes qꝫ hec dictio ꝑter significat instantiam in parte: siue totum nõ est hoc ⁊ ideo dicit dictio instantiua. Sed tũc obicit qꝫ cum instantia sit ꝓpositio ꝓpositioni contraria ut est in fine secũdi ꝓiorꝫ. hec aũt est vniuersalis aut particularis: ergo cõtingit instantiã fieri non solum in parte: sed etiam in toto: ergo sicut habemus dictionẽ instantiuã in parte sicut ꝑter: ita debemus habere dictionẽ instantiuã in toto. Quod concedimus dicentes qꝫ dictiones exceptiue ut ꝑter ⁊ cõsimiles ferũt in parte dictiones exceptiue: ut tñ solus ⁊ cõsimiles ferunt instantiã in toto qꝫ iste remouẽt partem a toto: ut omnis homo ꝑter sortẽ currit. ille vo econtrario remouent totum a parte: ut tñ sortes ⁊ nullus alius homo ⁊ sic patet ꝓmũ. Secũdi vo patet solutio ꝓpter dicta: quia hec dictio ꝑter ⁊ cõsimiles dicunt exceptiue nõ ab exceptione significata ut obiectum est: sꝫ eb exceptione exercita: sicut solus ⁊ tñ dicunt exclusiue ab exclusione nõ significata sed exercita. Circa tertiũ queritur que ⁊ quot sunt cause que exigunt ad exceptionem. Uidet qꝫ sunt tria: qꝫ non potest fieri exceptio nisi aliquid excipiat ab aliquo: ⁊ respectu alicuius: ut cũ eis hõ ꝑter sortem currit. Sortes ẽ exceptio: ⁊ hec distributio omnis homo: est illud a quo excipiat: ⁊ iste actus qui est currere: est illud respectu cui⁹ excipit: ergo ista tria necessaria sũt ad exceptionẽ. Et dicendum qꝫ quinq; exigunt ad exceptionẽ. Unum est excipiẽs ⁊ hec est anima: ⁊ alterũ est instrumentuꝫ excipiendi: ⁊ hec est dictio exceptiua: ut ꝑter ⁊ cõsimiles: ⁊ etiam exigit illa tria de quibus obijciebat. ſ. quod excipit: ⁊ a quo excipitur: ⁊ respectu cuius excipit. Unde ꝑdicta tria de quib⁹ obijciebat exigunt: sed nõ sufficiunt ad exceptionẽ: quare ꝑdicta quinq; concurrerẽt ad hoc qꝫ fiat exceptio: Sed obijcit qꝫ hec dictio ꝑter nõ semp tenet diminutiue sicut quidam dicũt: quia hec est vera. Decem ꝑter vnum sũt nouẽ: sed ex denario nõ fieri nouenarius nisi ꝑ diminutionẽ denarij numeri: ergo oportet qꝫ hec dictio ꝑter teneat ibi diminutiue: ⁊ sic hec dictio equiuocat ad exceptionẽ ⁊ ad diminutionẽ. Sed contra: Omnis pars est semp in suo toto ſm habitudinẽ ꝑ qđ est pars ut si in actu est pars: ⁊ sꝫ actum in suo toto: ⁊ in habitu est pars ⁊ ſm habitus est in toto: ergo pars ſm qꝫ est pars nõ potest esse extra suũ totũ: ergo si ponat extra totum tũc nõ erit extra se ſm se: sꝫ respectu alicuius tertij: sꝫ sicut vnitas est pars denarij: ita est ps decem: ergo vnũ nõ potest excipi a decẽ ut respectu alicui⁹ tertij: ergo cũ dicit decem ꝑter vnũ sunt nouem: ibi est qđ excipit qꝫ vnũ: ⁊ a quo excipit qꝫ decem: ⁊ respectu cui⁹ qꝫ respectu hui⁹. ſ. esse nouem: ⁊ etiaꝫ excipiens qđ excipit: qꝫ intellectus ⁊ instrumentũ ꝑ quod excipit: qꝫ dictio exceptiua ergo ibi sũt ꝑdicte quinq; cause que sufficiunt ad exceptionẽ: ergo tenet ibi exceptiue: ergo semp tenet exceptiue Qđ concedimus. Circa quartũ queritur in hunc modum Cum vbicunq; est exceptio excipiat aliquid ab aliquo qđ fert instantiã ſm partez ei a quo excipit. Necesse est ergo qꝫ illud qđ excipit sit pars eius a quo excipit: ⁊ etiã nõ sit ſm actum in eo a quo excipit. Sed cum pars subiectiua ⁊ pars in modo nõ ferant instantiã contra suũ totum: qꝫ nõ sunt actualiter in suo toto: ideo neutra harũ partiũ potest excipi a suo toto: ergo oportet qꝫ dictio exceptiua dicat habitudinẽ partis actualis existentis in suo toto ad suũ totũ ⁊ ideo omnes iste oratiões sunt incõgrue: homo ꝑter sortẽ currit. plato ꝑter sortem currit: qꝫ exceptiua nõ est actualit pars eius a quo fit exceptio: ⁊ ita dictio exceptiua nõ reperit habitudinem ad quã actualiter ordinat. Item nulla pars est instantiua contra suũ totum nisi ꝑ sui negationem contradicat ei: sed pars subiectiua ꝑ sui negationẽ nõ contradicit toti: qꝫ sorte nõ existente adhuc homo est: ⁊ similit de parte in modo: ergo relinquitur qꝫ partes aliorꝫ generũ omniũ contradicũt suo toti ꝑ negationẽ: sꝫ iste sũt in suo toto actualiter ut patet in toto integrali ⁊ in toto in quãtitate: ergo hec dictio ꝑter dicit habitudinẽ partis actualiter existentis in suo toto ad suũ totuꝫ. Item nulla pars fert instantiã suo toti nisi sequat ad ipsũ: sed nulla pars sequitur suũ totum nisi actualiter sit in ipso: ergo hec dictio ꝑter dicit comparationẽ partis actualiter existentis in toto ad suũ totum. Qđ concedimus. Ex his patent plures regule. Prima talis est. Oportet exceptum ſm naturã actualiter contineri in eo a quo fit exceptio ⁊ remoueri ab ipso respectu predicati vel alicui⁹ tertii ut hic: omnis homo ꝑter sortez currit. Secũda regula talis est. Quotiensc̃uq; tot excipiunt quot supponunt locutio est ipropria ⁊ falsa: ut omnis homo ꝑter omnẽ hominẽ currit. Cum enim exceptio nõ stet in ratione partis nõ reperit dictio exceptiua comparationẽ quã exigit: ⁊ sic est ibi impropꝛietas. Et cum predicatũ ponat in quolibet ⁊ remoueat a quolibꝫ oportet ipsã esse falsum. Tertia regula talis est: Contra ꝓpositionẽ totã falsam nõ est dare instantiã: ut omnis homo ꝑter omnez hominẽ est lapis. ꝓpositio aũt tota falsa est: que est contraria vere: ut vult Aristoteles in secundo ꝓior: ut omnis hõ est asinus. hec est contraria vere. i. habet falsitatem ꝑ qualibet sui parte. vnde a tali nõ potest fieri exceptio: quia oportet accipere quãlibet partẽ: ⁊ sic omnia exciperent que cũq; suppositа essent: que est contra secundam regulam.

Scõm ꝑdicta querit de hoc sophismate: Omne aial ꝑter hominẽ est irrationale. ꝓpositio hec ẽ falsa: oẽ animal est irrationale: ⁊ nõ est instantia nisi in homine: ergo facta

exceptione ꝑ illo erit vera: ergo hec̄ est vera: omne animal p̄ter hominē est irrationale. Contra: Omne aīal p̄ter boiez est irrationale: ergo oē animal p̄ter hunc hominez est irrationale qō falsum est. Solutio. p̄ma vera: z ꝓbatio bene tenet ſz improbatio peccat fm figurā dictionis a simplici ad ꝑsonalem: qz iste accusatiu⁹ hominē positus post dictionez exceptiuā habet simplicem suppositionē cum sit terminus cōmunis: cū dicit omne aīal p̄ter hominē est irrōnale: ſz cū dicit ergo aīal p̄ter hunc hominē est irrationale. ſz cum dicit: ergo omne aīal p̄ter hunc boiem. Iste accusatiuus p̄ter hūc hominē habet ꝑsonalē suppositionē: z sic est in figura dictionis. Item est cōsequens ab inferiori ad superius cū distributiōe sicut hic: omnis homo: ergo omne aīal: quia ī hac ꝓpositiōe: omne aīal p̄ter hoiem est irrationale. ista distributio omne aīal cōprehendit in se omne aliud aīal ab homine. Sed cū dicit: omne aīal p̄ter hunc hominez. Ista distributio omne aīal comprehendit in se omne aliud aīal ab vno homine: z ita cōprehendit omnia aīalia que prius cōprehendebat z etiā omnes boīes alios ab isto homine: z sic argumentat suppositio sicut hic: omne aīal aliud ab homine: ergo omne aīal aliud ab illo homine. Idem autē iudiciū de hoc sophismate: omne aīal p̄ter sanū est egrum. omnis quantitas p̄ter continuā est discreta. omne corpus p̄ter aīatū est inaīatuz. omne p̄ter verū est falsum. Circa quintū queritᷣ a qua multitudine debet excipere dictio exceptiua: qz nō excipit indifferenter a quacūq; multitudine Nihil enī est dictum: homines p̄ter sortem currūt: ergo nō excipit a multitudine que est in nomine pluralis numeri: z etiam nihil est dictum: turba p̄ter sortem currit: ergo non excipit a multitudine collectiui. Et dicendū est q; duplex ē multitudo: qz quedam est multitudo que est modus intelligendi: z hec est in nomine pluralis numeri. Omnia enim accidentia partiū oratiōnis sūt modi intelligendi: z ab hac multitudine que est modus intelligendi nō excipit dictio exceptiua. Alia aūt est multitudo que nō est modus intelligendi sed est multitado rei: z iterum hec est duplex: qz quedam est potentialis: z hec est in quolibet vniuersali: quia qōlibet vniuersale in potentia habet in se sua indiuidua: z iterū ab ista que est multitudo potētialis nō excipit dictio exceptiua: z ideo nihil est dictuz: homo p̄ter sortem currit. Alia est multitudo rei que est multitudo actualis: z hec est in toto in quantitate: qñ vniuersale qō sumitᷣ vniuersaliter continet sub se plura indiuidua: ut omnis hō vel omne animal. Talis aūt multitudo est in toto integrali: z in alijs totis habētib⁹ naturā hoz. Et ab hac multitudine excipit dictio exceptiua quē ē multitudo actualis ꝑ tres rōnes quia hanc exigit. Quod sic ꝓbat. Cōfirmat solutionē ꝑ rationes fillogisticas hic in duas. In secunda ꝓbat inducendo. s. ibi Qō aūt dico. Dictum est enī in p̄dictis q; dictio exceptiua semp excipit partē actualiter existentē in suo toto: ergo cū oporteat partem aliquā vel aliquas relinqui in ipso toto: qz non possunt tot excipi quot supponuntᷣ: oportet tunc q; illa alia pars vel ille alie partes actualiter sint in suo toto: ergo dictio exceptiua semper excipit a multitudine partiū actualiter existentiū in suo toto. vel partes in quas diuidi tur totum. Item oēs partes in quas diuiditᷣ totuz ita se habent ad totū: q; si vna est actualiter z omnes alie: z si vna est potentialiter z omnes alie: ut patet inductione in toto vniuersali: z in toto integrali: z in quolibet alio toto: ſz dictio exceptiua nata est excipere partes in quas diuiditᷣ totum: ſz excipit partē actualiter existentē in toto: ergo oportet ibi aliam partē vel alias partes actualiter existere: ergo dictio exceptiua excipit multitudinē partiū actualiter existentiū in suo toto. Item dictio exceptiua in actu excipit ergo in actu inuenit qō excipit a toto: ſz nō inueniret ī actu nisi ī toto esset actualiter: ergo dictio exceptiua qō excipit actualiter est in toto: ſz nihil actualiter est in toto nisi pars actualis: ergo dictio exceptiua semp excipit partē actualiᷣ existentē in toto: z idem est qō prius. Q; aūt dictio exceptiua excipiat a quolibet toto habēte in se multitudinē actualem. Patet inductione in quolibet toto: z ꝓmo patet in toto in quantitate: ut omnis hō p̄ter sortē currit: hoc est a toto hō in quantitate excipitᷣ pars eius. Et etiā in hoc sophisma te: Omnis hō p̄ter sortez excipitᷣ posito q; omēs alij a sorte excipiantᷣ respectu alicui⁹ predicati z sortes nō. Probatio prime hec est falsa: omnis homo excipitᷣ z nō est instantia nisi in sorte: ergo facta exceptione ꝑ illo erit vera: ergo hec est vera: omnis hō p̄ter sortem excipitᷣ. Contra In hac ꝓ positione dicto exceptiua adiungitᷣ sorti: ergo excipit ipsū respectu p̄dicati: ergo sortes excipitᷣ: ergo p̄ma ē falsa. Solutio p̄ma est vera simpliciter: z improbatio peccat ſz quid z simpliciter: qz excipere ab exceptione nō est excipere simpliciter sed fm quid: sicut p̄uari a p̄uatiōe nō est p̄uari simpliciter sed fm quid: imo potius est dare habitū: ut p̄uari a cecitate: est dare visum: ergo excipi ab exceptione nō est excipi simpliciter ſz fm quid. Et ideo licet sortes excipiatᷣ ab hoc p̄dicato excipi: sicut est in p̄ma nō tamen excipitᷣ: z ideo est ibi quid z simplicitᷣ z sic patet q; exceptio fit a toto in quantitate. Patet etiā qō fit a toto integrali: ut tota domus p̄ter parietē est alba: z totus sortes pedē pōt contineri ab archa: posito q; sortes possit intrare archā ita q; archa nō possit recipere pedē cum eo. Probatio p̄me: hec est falsa. Totus sortes pōt contineri ab archa: z nō est instantia: nisi de pede sortis: ergo facta exceptione ꝑ illo erit vera: ꝙ hec est vera: totus sortes p̄ter pedē potest cōtineri ab archa Contra pes sortis pōt ab archa contineri: nō ergo tot⁹ sortes p̄ter pedem pōt contineri ab archa: ergo p̄ma falsa. Solutio p̄ma est vera simplicitᷣ: z improbatio peccat fm accidens: qz duplici de causa pars excipitᷣ a toto respectu p̄dicati. Aliqñ excipitᷣ pars a toto respectu p̄dicati: eo q; pars fm se nō vere subijcitᷣ suo p̄dicato: ut hic: omne aīal p̄ter hominē est irrōnale. homo excipitᷣ a suo toto: qō non vere subijcitᷣ irrationali. hec enī est falsa: homo est irrōnale. Aliquādo aūt pars excipitᷣ a suo toto: eo q; cuius recipiat p̄dicatuz fm se nō tamen recipitᷣ put est in suo toto: z sic pes bene potest locari fm se in archa: ſz put est vnita suo toti sue cum suo toto nō pōt locari in archa. Unde cū dicit ipso bando pes sortis potest ꝺtineri ab archa: nō ergo totus sortes p̄ter pedem potest cōtineri ab archa peccat fm accidēs qz cuius res possit cōtineri ab archa fm se: nō tamen put ē in toto. Sicut hic cognosco choriscum: nō ergo ignozo venientē. licet enī cognosco choriscū fm se: ignozo tamē ipsū ut est veniens z sic est ibi accidēs. Item q; a toto in loco partis potest fieri exceptio: ut pluit vbiq; p̄terq; h. Et etiā a toto in tēpore: ut currit semp p̄terq; heri: z sic patet q; dictio excepiua excipit semp a toto habente in se multitudinem actualē. Patet etiā hic in toto numerali pars: ut decē p̄ter vnū currūt: z etiā in hoc sophismate: Decem p̄ter q̄nq; sūt quinq; qō sic ꝓbatᷣ: hec est falsa. Decem sūt quiq; z nō est instantia nisi ꝑ quinq;: ergo facta exceptione ꝑ quinq; erit vera: ergo hec est vera. Decem p̄ter quinq; sūt quinq;. Contra: Decem p̄ter quinq; sūt quinq;: ergo quinq; nō sūt quinq;: qz p̄dicatū semp remouetᷣ ab excepto. Solutio. p̄ma est simpliciter vera: z ꝓbatio peccat fm accidens: quia sicut pars duob⁹ modis causat falsitatem in oratione. Uno enī modo qz p̄dicatū nō cōuenit parti fm se: z sic hec falsa: omnis hō curit sorte nō currente. Alio modo causat falsitatem pars in oratione: qz licet p̄dicatū cōueniat parti fm se. homo tñ cōuenit ei put est in toto z sic hec est falsa: tot⁹ sortes potest locari in archa cum pars sortis nō possit esse ī ea cum sorte: z sic falsitas causatᷣ ꝑ partem: z differentē siue hoc modo siue illo. Quare indifferenter cōtingit excipere partē a toto. Aliqñ hoc modo: aliqñ alio modo: z sic causatur falsitas in oratione ꝑ partem ita ꝑ eundē modū fit exceptio circa partē. Dicendū est ergo breuiter q; p̄ma simpliciter est vera: z ip̄obatio peccat fm accidens q; esse quinq;

ꝑdicaꝫ de quinq; ſm ſe: ut quinq; ſũt quinq;: ſz nõ ꝑdicaꝫ de quinq; ſm q; quinq; ſũt ſub forma toti⁹: ⁊ ita peccat ſz accidẽs ſicut patuit ꝓmo de hoc ſophiſmate: Totus ſortes ꝓter pedẽ poteſt cõtineri ab archa. Ad illud aũt qõ obijcit q; ꝑdicatũ ſemp remouet ab excepto. Dicendũ q; nõ eſt verũ: qz qñ falſitas in oratione cauſaꝫ ꝑ partẽ eo q; ꝑdicatum nõ cõuenit pti tunc ꝑdicatũ remouet ab excepto: ſz qñ cauſaꝫ falſitas in oratiõe eo q; licet ꝑdicatũ cõuenait parti ſm ſe: nõ tñ cõuenit ei ut eſt in ſuo toto: tũc nõ contingit ꝑdicatũ remoueri ab excepto: ⁊ ſic eſt in ꝓpoſito. vnde nõ ſequit: Decem ꝓter quinq; ſunt quinq;: ergo quinq; nõ ſunt quinq;. Circa ſextũ ſic obijcit: Propoſitio vlis eſt que omni aut nulli ineſſe ſignificat: ut eſt in ꝓmo prioꝝ: ſz ꝓpoſitio exceptiua nõ ſignificat ineſſe omũ aut nulli: qz poteſt in aliquo vel in aliquibus: ergo ꝓpoſitio exceptiua nõ eſt vlis. Item ad idẽ ſolet dari talis regula: Dictio exceptiua vult inuenire diſtributionẽ mobilẽ ⁊ reddere eã ĩmobilem: ergo cũ dicit: oĩs homo ꝓter ſortẽ currit: hec diſtributio: oĩs homo ꝓter ſortẽ currit eſt ĩmobilis: ergo nõ circũſtat in rõne vniuerſalis cũ contingat fieri motũ ſub qualibet vniuerſali: ⁊ patet q; non eſt indefinita neq; ꝑticularis ergo eſt ſingularis. Et dicendũ q; ꝓpoſitio vlis eſt duplex: qz quedã eſt completa ⁊ alia ĩcompleta. Completa eſt illa in qua ſubiectũ ꝑ qualibet ſui ꝑte recipit ꝑdicatũ: ut omis homo albus currit. Dic enĩ homo albus ſubijcit curſui ꝑ quolibet boĩe albo. Incompleta eſt illa in qua ſubiectum nõ ꝑ qualibet ſui parte ſz ꝑ quibuſdam ſubijcit ꝑdicato: ⁊ ſic oĩs exceptiua eſt vniuerſalis: ut oĩs homo ꝓter ſortẽ currit. ꝓmo aũt modo nulla exceptiua eſt vniuerſalis. Ad ꝓmũ aũt argumentũ dicendũ qõ obijcit de ꝓpoſitiõe vniuerſali completa, ⁊ ꝑfecta. Secũdi aũt argumẽti ſolutio patebit in ſeptima qõne. Circa ſeptimũ ſic obijcit cum ſic dicit. oĩs homo ꝓter ſortẽ currit: ſz plato eſt hõ: ergo plato ſor. currit. Nulla eſt talis illatio neq; ſic põt fieri ſillogiſmus: ergo nõ eſt ſillogiſmus ꝓpoſitio exceptiua: Itẽ ad idem: Cum oĩs ꝓpoſitio exceptiua ſit ĩmobilis ꝑ regulam ꝑcedentẽ. ergo nõ oz fieri ſũptio ſub ea: ergo nõ eſt ſillogiſmus. Et dicendũ q; ꝓpoſitio exceptiua nõ eſt ſillogiſmus: ſic: oĩs homo ꝓter ſortẽ currit: plato eſt homo: ergo nõ plato currit: qz iſta determinatio ꝓter ſortem non debet ſumi ad mediũ: neq; in cõcluſiõe eo q; eſt determinatio ſubiecti in cõparatione ad ꝑdicatũ ⁊ nulla talis determinatio ſumitur ad mediuz neq; in concluſione: ſz ſolum debet ſumi determinatio ei⁹ quod eſt ſubiectuz: qz hec eſt abſoluta. Alia aũt eſt reſpectiua. Diſpoſitio reſpectiua attingit totũ. i. ꝑdicatũ ⁊ ſubiectũ: ⁊ non debet fieri ſumptio ſub toto id eſt ſub vtroq; termino ſz ſubiecto. Ad aliud aũt dicendũ q; ꝓpoſitio exceptiua eſt mobilis: quia eſt ſillogiſmus ſicut dictuz eſt aſſumendo omnes partes alias ab excepto. vnde ꝑdictam regulã dicimus eſſe falſam: vel ſolum eſſe intelligendã quantũ ad exceptionez. hoc eſt q; nulla pars poteſt aſſumi cũ excepto. vnde nõ ſequit: omnis homo ꝓter ſortẽ currit: ergo plato ꝓter ſortem currit: ergo virgilius ꝓter ſortem currit: ⁊ ſic de alijs. Scõm ꝑdicta querit de hoc ſophiſmate: Sortes bis vidit omnẽ hominẽ ꝓter platonem: poſito q; ſortes viderit vna vice omnem hominez: ⁊ alia vice omnẽ hominẽ ꝓter platonem. Probatio ꝓme: hec falſa: Sortes bis vidit omnẽ hominẽ: ⁊ non eſt inſtantia niſi in platone: ergo facta exceptione pro illo eſt: vera: ergo hec eſt vera: Sortes bis vidit omnẽ hominẽ ꝓter platonem: ergo bis nõ vidit platonẽ: ergo vna vice ⁊ alia vice nõ vidit platonem quod falſum eſt. Solutio. ꝓma duplex eo q; hec dictio bis poteſt determinare hoc verbum videre, put tranſit ſupra ſequentẽ accuſatiuũ cum ſua determinatione facta ꝑ exceptionẽ ⁊ tunc eſt ſenſus: Sortes vidit omnem hominẽ preter platonem ⁊ hoc bis: ⁊ tunc ſequit q; nulla vice vidit platonẽ: ⁊ ſic eſt falſa: ⁊ ſic hec dictio ꝓter excipit ab hoc qõ eſt videre omnẽ boiem: ⁊ ſic prius aduenit hec dictio preter in oratione. Alio aũt modo hec dictio bis poteſt determinare tũ hoc qõ eſt videre omnẽ hominẽ: tũc hec dictio ꝓter excipit ab eo qõ eſt bis videre omnẽ hominẽ: ⁊ ſic eſt vera: qz nõ bis vidit platonẽ: ⁊ ſic hec dictio bis ꝓmo intelligit aduenire in oratiõe ꝙ hec dictio preter. Ex ꝑdictis patent plures regule: quaꝝ ꝓma talis eſt: Quilibet exceptiue vere ſua ꝓiacens eſt falſa. Preiacens aũt exceptiue ẽ illa a qua remouet falſitas ꝑ dictionẽ exceptiuã. vnde hec omne aĩal eſt irrationale: eſt ꝓiacens falſa huius exceptiue vere: omne aĩal ꝓter hominẽ eſt irrationale. Alia aũt eſt regula talis: Si aliqua ꝓpoſitio eſt vera ſine exceptione erit falſa cum exceptione apposita. Itẽ querit de hoc ſophiſmate: Quilibet viginti ꝓter decem ſũt decẽ. Probatio: iſta viginti ꝓter decem ſũt decem: illa viginti ꝓter decẽ ſũt decem ⁊ ſic de alijs: ergo ꝓma vera. Contra: ꝓma eſt tota falſa: ergo nõ põt verificari ꝑ exceptionẽ. Per hanc regulam cõtra totã falſã nõ eſt dare inſtantiã. Solutio ꝓma eſt ſimplex falſa. Probatio aũt peccat ſm accidens ſicut in hoc ſophiſmate: Omne coloratũ ꝓter vnũ currit. Probatio: oẽ album ꝓter vnũ currit. omne nigrũ ꝓter vnũ currit. omne medio colore coloratũ ꝓter vnum currit: poſito q; iſte tres ſint vere: ergo omne coloratũ ꝓter vnũ currit. Contra ꝓma tota eſt falſa: ergo nõ põt verificari ꝑ dictionẽ exceptiuã. Patet aũt añs ꝓbationis cũ ꝙlibet ꝓmiſſaꝝ nõ habeat inſtantiam niſi in vno: ⁊ concluſio habeat inſtantiã in tribuſ. ſ. in vno albo: ⁊ in vno nigro: ⁊ tertio qõ eſt medio colore coloratum. Circa octauũ obijcit q; hec dictio ꝓter non conſtruat cũ accuſatiuo caſu: qz cõparatio ĩportata ꝑ hanc dictionem ꝓter eſt ipſius actus vel reſpectu actus: ergo determinat actum: ſz actio habet ſignificari ꝑ verbũ: ergo hec dictio ꝓter determinat terminũ. Sed ſolũ aduerbiũ determinat verbũ ex oppoſito diuiſe: ergo eſt aduerbiũ: ergo nõ ẽ ꝓpoſitio neq; verbuz: cum ſint partes orationis diuerſe ab aduerbio: ergo nõ conſtruit cum accuſatiuo. Et dicendum q; ꝓter nõ eſt aduerbiũ ſz eſt prepoſitio: qz aduerbia determinant verbũ rõne actus in ſe: vel rõne alicui⁹ comparationis debite ipſi actui: cum aduerbiuz ſit vi verbi adiectiui. ſz ꝓpoſitiones nõ dicũt comparationẽ actus: ĩmo dicũt comparatinẽ ſubſtantie oblique ſignificante ad actuz vel reſpectu actus: ⁊ ſic differunt ꝓpoſitiones ⁊ aduerbia. vnde non ſequit q; ſi dicat comparationẽ aliquam reſpectu actus q; ideo ſit aduerbiũ: ĩmo potius ſequit q; nõ ſit aduerbium.

Item cum dicit iſte currit ibi: hoc aduerbiũ ibi dicit determinationẽ. ſz eadem determinatio ſignificat in hac oratione: iſte currit in illo loco: ergo iſta ꝓpoſitio in dicit eandem cõparationẽ cũ hoc aduerbio ibi: ergo eſt aduerbiuz: cũ dicat eandẽ cõparationẽ: ⁊ ſilr de alijs ꝓpoſitionib⁹: ut tranſiuit illas. i. ꝑ illã partẽ: ⁊ mouet ſurſũ. i. ad locũ ſuperiorẽ. currit velociter. i. cum velocitate: ⁊ factũ eſt celitus. i. a celo: ⁊ diuinitus. i. a deo: ergo idem ſignificat iſte prepoſitiones cuz aduerbijs: ⁊ ſimiliter de alijs ꝓpoſitionib⁹: ergo ꝓpoſitiones nõ differũt ab aduerbijs: ergo hec dictio ꝓter eſt aduerbiũ: ſed nullũ aduerbiũ conſtruit cuz accuſatiuo caſu: ergo nõ cõſtruit cũ accuſatiuo. Et dicendũ q; hoc aduerbiũ velocit dicit velocitatẽ ut determinationẽ actus: cũ dico: currit velociter. ſed ſi dicã currit cũ velocitate: hec propoſitio cũ nõ dicit velocitatẽ ut determinationẽ actus: ſed dicit compationẽ vni⁹ ad alterũ: ut velocitat ad actũ. Silr ꝫ aduerbiũ ibi: dicit locũ ut determinatõez actus: ſz hec ꝓpoſitio in: nõ dicit locũ ut determinatõez actus: ſz dicit compationẽ ipſi⁹ loci ad actũ qui fit in eo ⁊ ſic de alijs. vnde ꝓpoſitiones nõ ſignificãt idẽ cũ aduerbijs: vnde ꝫ ꝓpoſitio ꝓter nõ eſt aduerbiũ ſz ꝓpoſitio. Itẽ hec dictio ꝓter remouet vbũ pſonale ab excepto: ſed vbũ alicui⁹ pſone nõ remouet niſi a noiatiuo: g̃ hec dictio ꝓter ꝛſtruit cũ noiatiuo. Et dicendũ q; dupliciter remouet vbũ pſonale ab aliquo caſuali: qz vno modo remouet eo q; negatur cõpoſitio vnius ad alterũ: ⁊ ſic remouet ſemp verbũ pſonale a noiatiuo: ut ego

non curro:tu nō curris:ille nō disputat:ꝛ sillr in impsonali. Alio aūt modo remouet verbum psonale ab aliquo casua li propē h ꝙ illud casuale extrabitur ab aliquo recipiēte in se actum illū:ꝛ sic semp remouetur actus ab excepto p hāc dictionem preter. Sed hoc est valde ex consequente:qz primo hec dictio preter extrahit partem a toto:ut dis hō pter sortem currit. Secundo actus ponitur in toto a quo fit exceptio:ut dis hō preter sortem currit. Tertio autē modo qz actus ponitur a toto non reperiebat partem que prius erat remota a toto respectu ipsius actus:ideo consequebatur remotio actus a parte excepta:sicut prius vidisti pluuiam venientem:primo remouisti librum a fenestra:secundo cecidit pluuia super fenestram:tertio sequitur ꝙ nō sit recepta in libro:uel ꝙ non cecidit super librū. Sciendū autē ꝙ quecūq; dicta sunt de hac dictione preter:dia debent intelligi de hac dictione preterq̄:ꝛ de hac dictione nisi.s.ꝙ est dictio exceptiua:excepto hoc ꝙ hec dictio preter excipit in accusatiuo casu semp ut dictū est:ꝫ preterq̄ ꝛ nisi excipiūt in eodem casu in quo est totum a quo fit exceptio:ut nullꝰ homo currit preterq̄ sortes:uel nisi sortes:nullius hominis miserior preterq̄ sortis:uel nisi sortis:nulli homini loquor preterq̄ sorti:uel nisi sorti: nullum hominem video preterq̄ sortem:uel nisi sortem:a nullo homine didici preterq̄ a sorte:uel nisi a sorte. De dictionibus exceptiuis dicta sufficiant.

De dictionibꝰ dsecutiuis:Et primo de diunctōe Si.

d Icto de dictionibus exceptiuis Dicendū est de dictionibꝰ dsecutiuis:Et primo de hac dictione si. De qua primo queritur quid significet. Secundo quot sunt species dsecutōis siue consecutiue. Tertio vtrū in cōditionali cōtingit fieri descensum sub ante uel sub ante. Quarto qualiter sumatur dtradictio cōditionalis ꝓpōnis. Quinto vtrū impossibile antecedat ad quodlibet:siue ex impossibili sequit quodlibz. Circa primū sic obijcitur:ꝙ hec dictio si non significat substantiam:qz substantia dicitur quattuor modis. Uno enī modo substantia dicitur materia:ut materia sortis uel ignis uel alioꝝ elemētoꝝ. Alio aūt modo substantia dicitur forma ut forma sortis ꝛ aliarū rerum naturaliuz. Tertio modo substantia dicitur compositum ex bis s.ex matia ꝛ forma:ut sortes ꝛ alia individua. Quarto aūt modo substantia dicitur essentia dicens quid:siue predicabilis de pluribus in quid:ut homo est aīal ꝛ dsilia. sed hec dictio si nullo predictoꝝ modoꝝ significat substantiā:ergo hec dictio si non significat substantiā:qō cōcedim⁹. Itē quidam dicūt ꝙ hec dictio si significat causalitatē. Alij vo dicunt antecessionē. Alij dicunt dsecutionē. Et videt ꝙ si significat causalitatē:qz dicitur diunctio causalis:ꝛ non nisi a dsignificatōe cause ul causalitatis:ergo hec dictio si significat causalitatē. Itē videtur ꝙ magis significat antecessionē q̄ dsecutionē:qz magis se tenet cum ante q̄ cū ante a parte rei cuiꝰ signū est:qz si semp adūgit ante ꝛ non anti ut aīal est si hō est. sed semp antecessio est forma antis ꝛ cōsecutio antis:ergo magis se tenet cum ante q̄ cum ante:ḡ si h dictio si significat alterū istoꝝ magis significat antecessionem q̄ dsecutionē. Itē ad idem:Causa dicitur dupliciter:quia quedam est causa que est causa rei quo ad esse:ꝛ hec est causa eēndi:ut corpus ꝛ aīa sunt causa bois quo ad esse:ꝛ lucens sup terram est causa diei quo ad esse. Alia aūt causa est que est causa consequendi:ꝛ sic in qualibet conditionali antecedens est causa consequētis:ꝛ non essendi sed consequendi:ꝛ in quolibet argumento ꝓmisse sunt cause conclusionis.ꝛ sic causa est duplex.s.causa essendi ꝛ cā dsequendi:sed vtraq; istoꝝ modoꝝ cā inquantū est cā est anis ꝛ causatū in quid ē causatū ad anis. Sed hec dictio si significat cām uel causalitatem:ergo significat antecedentem et non consecutionē Item videtur ꝙ significat consecutionem ꝓ diffinitionē data a Pris.de coniunctione:Cōiunctio est pars oratōnis indeclinabilis coniunctiua aliarum partium orationis vim uel ordinē demonstrans. Et Pris: exponit sic:Uim significāt ille coniūctiones que significāt res aliquas simul esse:ut prius ꝛ fortis fuit eneas. Ordinem significat coniunctio quando significat consecutionem aliquarum rerum:ut si ambulat mouetur. sed hec diunctio si ꝛ dsiles significāt ordinē:ergo significāt diuitias rerum siue consecutōnes:ergo non antecessionē. Et dicendū est ꝙ hec dictio si significat causalitatem siue antecessionē:ꝛ hoc nō est significare plura sed vnū:qz vnum in altero siue per alterum:quia per hoc ꝙ significant causalitatem significāt antecessionez:quia sicut in omni causa intelligitur antecedēs natura:quum omnis causa prior sit natura suo effectu:ita in omni causalitate intelligitur antecessio Unde hec dictio si significat causalitatem sm ꝙ in ea intelligitur antecessio: Et sic significat causalitatem in antecessiōe siue per antecessionem. vnde non significat duo sed vnum:quod concedimus. Argumenta autē quibus ostenditur ꝙ significant causalitatem siue antecessionem concedimus sīc dictū est ꝙ significat vnum in alterum siue per alterum. Ad argumentum autē ꝓbans ꝙ hec dictio si significat consecutōez Dicendum ꝙ non significant consecutiue ut diximus:sed ad antecessionem sequitur consecutio. Et nota ꝙ vnum sequi ad alterum dicitur multipliciter:quia quedam sequūtur eo ꝙ sunt essentialiter predicabilia:ut diffinitio genus ꝛ differentia ad speciem. Alia autem sequūtur sm qō sunt partes integrales:ut paries ad domū ꝛ cetere partes eius. Alia sequūtur que sunt partes essentiales rei cuius nō sunt partes integrales:ut corpus humanum ꝛ anima intellectiua ad hominem. Et dicuntur partes integrales:quarū quelibet habet quantitatē:Et ideo corpꝰ ꝛ aīa non sunt ptes integrales:qz ꝫ corpus habeat quantitatē:tū aīa non habet quantitatem:sed sunt partes essentiales aīalis viuentis:qz aīa repitur in hoīb⁹ ut intellectiua:in brutis aīalibꝰ ut sensitiua tm:ꝛ terre nascentibꝰ ut vegetatiua tm. Alia dsequūt qz sunt subiecta ꝓpria accidentiū uel econuerso:qz sunt ꝓpria accitia subiectoꝝ:ꝛ sic sequit linea ad rectū uel curuū ꝛ sic numerus ad par uel impar:ꝛ corpus elementatū ad colorem tanq̄ ad accidentia propria:uel econuerso rectum ꝛ curuū ad lineam:ꝛ par ul impar ad numerū:ꝛ color ad corpus elementatū sicut accidentia propria ad ꝓpria subiecta sed nullo predictoꝝ modoꝝ consequentia sequitur ad antecessionem. Alia autem sequūtur ad se inuicem relatiue:ut pater ꝛ filius:dis ꝛ seruus.ꝛ hoc modo consecutio sequitur ad antecessionem. Sicut enī antecedens ꝛ consequens sunt ad aliquid:similiter antecessio ꝛ consecutio ad se inuicem dicūtur. vnde hec dictio si significat solum antecessionem:quia omnis antecessio cōsecutionis est antecessio:iō ad significationem huius dictionis si sequitur consecutio relatiue. Circa secundum queritur quot sunt species cōsecutionis:quia qum vnum relatiuū exigatur ad cognitionem alterius oportet cognoscere consecutionē:ꝛ modus sine speciebus cōsecutionis ad hoc ut vult ꝙ antecessio cognoscatur. Et dicendum ꝙ consecutionis due sunt diuisiones s.excedentes ꝛ excesse. Una quidem diuisio est ista:Consecutionis alia est rerum simul existētium:ut si homo est animal est.alia rerum existentium sm prius ꝛ posterius. Nā aliquando sequitur quod est prius:ꝛ aliquando quod est posterius.ꝛ qō prius dicitur aliquando uel temporis:ut si addiscat ignorat.prius enim est ignorare:ꝛ postea sequitur addiscere:ꝛ sequitur quod est posterius:ꝛ in eodem tempore:quia quando addiscit ignorat:non enim addiscimus nisi quod ignoramus. Aliquando autem sequitur prius in diuersitate temporis:ꝛ hoc dupliciter. Uno enim modo sequitur prius in preterito:ut si fumus est ignis fuit:ꝛ si panis est farina ꝛ aqua fuerit:ꝛ hoc accidit maxime in causis non permanētibus:ꝛ in causis tempore:ꝛ natura accītibꝰ suū effectū. Alio autem modo prius sequitur in tpe futuro

ut purgatio ⁊ anima que finaliter ordinãtur ad sanitatem
sũt: ergo sanitas finaliter erit. Sanitas enĩ causa finalis est
predictor. Causa enim finalis semper natura prior est suo
effectu. Aliqñ aũt tpe posterior. Ex predictis ergo pz q̃ pri⁹
aliqñ sequitur in presenti: aliqñ in preterito: aliqñ in futu/
ro. Nec aũt diuersitas ꝺsecutiõis accidit ex eo q̃ causa tri/
pliciter compatur ad suũ effectũ. Aliqñ enĩ causa est sĩl tpe
cum suo effectu q̃uis nõ natura: ut sol lucens super terram
cum die. Aliqñ autem causa precedit tpe ⁊ natura suũ effe/
ctum: ut ignis fumũ: ⁊ racemi vinũ. Aliqñ autẽ causa ante
cedit natura suũ effectum: ⁊ ẽ posterior tempore: ⁊ hoc ma
xime solet accidere. Aliquãdo in causa finali. Et sic patet di
uisio prime cõsecutionis. Alia est simul existentiũ. Alia nõ
simul existentium. Secunda vo diuisio consecutõis est
ista: Consecutionis alia est simplex: alia composita siue fm
oppositiones: ut dictũ est in tractatu de fallacia consequen
tis. De autem diuisiones compantur ad se inuicem: ut ex/
cedẽtia ⁊ excessa: quia vtrũq; membrũ prime diuisionis re
peritur in simplici consequẽtia ⁊ in composita. vtrũq; mẽ
brum secunde diuisionis reperitur in eis que simul conse/
quũtur: ⁊ in eis que consequũtur fm prius ⁊ posterius: ut
si panis est farina fuit: ⁊ si vinum est racemi fuerunt: ⁊ con/
sequũtur fm prius ⁊ posterius: ⁊ est ibi simpliciter conse/
quentia: ⁊ in eodem. Etiam potest formari cõsequentia cõ
posita: ut si vinum est racemi fuerũt: ergo si racemi non fue
runt non est vinum. Similiter autem ⁊ in his terminis q̃ si
mul consequũtur. Et ideo dicuntur ille diuisiones excedẽ
tes ⁊ excesse: quia fm q̃ vtrũq; membrũ prime diuisionis
reperitur in vtroq; secunde: ⁊ sic est excedens diuisio p̃ma:
⁊ secunda est excessa. Scõm autem q̃ vnum membrũ secũ/
de diuisionis reperitur in vtroq; prime: Similiter secunda
est excedẽs: ⁊ prima est excessa. Et quod dico de vno mem
bro diuisionis: similiter intelligatur de reliquo. Scõm
predicta queritur de hoc sophismate: Si nullum tempus ẽ
aliquod tempus est. Probatio: Si nullum temp⁹ est dies
non est: ⁊ si dies non est: nox est: ⁊ si nox est aliquod temp⁹
est: ergo a primo si nullum tempus est aliquod tempus est
Contra: ibi significatur oppositum: ergo locutio est impos/
sibilis. Solutio: prima simplex oppositum sequi ad fal/
sa. Et dicunt quidam q̃ in prima cõditionali probationis
est locus a toto in quantitate. In secunda vo conditionali
est locus a cõtrarijs ĩmediatis. In tertia vo est locus a par
te uel specie subiectiua: ⁊ sic variatur habitudo inferendi. ⁊
ita impedit locus a primo ad vltimũ. Et ponunt ibi sophis/
ma accidẽtis propter variationem medij. Sed hoc destrui
tur propter has maximas: Quicquid sequit ad consequẽs
seq̃tur ad antecedens: ergo si vltimũ consequens quod est
aliquod tempus esse sequitur ad antecedentia intermedia
⁊ antecedentia intermedia sequũtur ad primũ antecedens
quod est nullum tps esse: tũc oportet q̃ vltimũ ꝺñs q̃ ẽ est
aliquod tps esse sequatur ad nullũ tps esse quod est primũ
antecedens: ⁊ sic necesse est primã eẽ veram: si habitudines
ꝓbationis sunt necessarie: ergo a destructiõe ꝺñtis: si p̃ma
non est necessaria: habitudines ꝓbationis non erunt neces
sarie. Alia aũt maxima est ista: Quicquid antecedit ad añs
antecedit ad ꝺñs: ergo si primũ antecedens antecedit ad an
tecedentia intermedia: ⁊ antecedẽtia intermedia antecedũt
ad vltimũ consequẽs: ergo primũ antecedens antecedit ad
vltimũ ꝺñs: ergo si habitudines ꝓbationis sunt necessarie
prima est vera. Neq; impeditur locus a primo ad vltimuz
ꝓpter diuersas habitudines: ergo si prima non est vera: ha
bitudines ꝓbationis intermedie nõ sunt necessarie. Itẽ
ad idem: Si sortes est animal rationale mortale: sortes est
homo. a diffinitione: ⁊ si sortes est homo: sortes est aĩal.
a specie: ⁊ si sortes est animal: sortes non est lapis. ab oppo/
sitis: ergo a primo: si sortes est animal ratõnale mortale: sor
tes nõ est lapis. sed hec bene sequitur: ⁊ sunt ibi diuerse ha
bitudines locales: ergo propter diuersitatem habitudinuz
localium non impeditur processus a primo ad vltimũ. Itẽ
ad idem in sillogismo cathegorico non exigitur q̃ eadem
sit habitudo medij ad maiorem extremitatem ⁊ minorem:
ut nulla virtus est vitiũ: omnis iusticia est virtus: ergo nul
la iusticia est vitium. In hoc sillogismo comparatio medij
ad maiorem extremitatem est habitudo contrariarum: mi
noris vo extremitatis ad mediũ est habitudo speciei ad ge
nus. Harum autem localium habitudinũ vna facit locũ in
trinsecum: ergo si inter omnes locos maxime differunt: in/
trinseci ⁊ extrinseci: ⁊ iste non impediunt sillogismum ca/
thegoricum: ergo ita eodem multo minus impediunt hy/
potheticum: ⁊ si ille non impediunt nec alie habitudines
que magis cõueniunt: ⁊ sic a primo ad vltimũ non impedi
tur processus propter diuersas habitudines locales: quod
concedimus. Unde dicendum est q̃ prima simpliciter est
falsa. ⁊ prima consequentia tenet vno modo: ⁊ alio modo
non: quia hec ꝓpositio: dies non est: que est primũ ꝺseqũs
est duplex eo q̃ potest eẽ negatio in genere siue circa gen⁹
quod idem est. uel potest esse negatio simpliciter siue extra
genus. Si enĩ sit negatio in genere sic ponit subiectum suũ
inesse: quod est tempus cõmuniter loquendo extenso no/
mine subiecti. ⁊ est sensus istius: dies nõ est: id est tempus
est: sed illud non est dies: ⁊ ita non sequitur ex primo ante/
cedente quia ĩmediate contradicit ei: ⁊ si non sequitur: nul
lum tempus est: ergo dies nõ est: nec est ibi locus a toto in
quantitate: sed est argumentum penitus diſperatũ: sicut ꝺ:
nullus homo currit: ergo aliquis homo currit. Similiter est
in proposito: nullum tempus est: ergo aliquod tempus est:
sed illud nõ est dies. Sed si sit negatio simpliciter: tũc nihil
ponit ista: dies non est: ⁊ sic sequitur: nullum tempus est: q̃
dies non est: ⁊ sic est locus a toto in quantitate. Similẽ au
tem distinctionem innuit Aristo. in primo posterior: hui⁹
quod dico nõ par: quia si non par negatio est in genere: ita
ponit subiectum suũ quod est numerus. Unde non par po
nit numerum: sed ille non par est par. si vo non par sit nega
tio simpliciter: ⁊ sic nihil ponit. Et sic patet q̃ hec ẽ duplex:
dies nõ est: ⁊ fm q̃ ẽ negatio in genere non sequitur ex eo.
Econuerso autem dicendum est de secunda cõditionali. s.
de hac: si dies non est: nox non est: quia fm q̃ hec: dies nõ
est: est negatio in genere: ita sequitur ex ea necesse eẽ: Que
ritur: destructo vno contrariorum immediatorum non se/
quitur alterum: nisi cum constantia subiecti: Unde opor/
tet sic inferre: dies non est ⁊ est tempus: ergo est nox. Si vo
hec: dies non est: fit negatio simpliciter: ita non sequitur ex
ea necesse esse: neq; hoc modo est ibi locus a contrarijs.

